


G 141.140

69c 38. 60



lat

3.10

a 794:a

l. 39



4

CORPUS SCRIPTORUM ROMANORUM
NEAPOLITANUM

1

ARUSIANI MESSII

2)


4

EXEMPLA ELOCUTIONUM

EDIDIT

214

ENTIUS V. MARMORALE



NEAPOLI

APUD ALOISIUM LOFFREDO, BIBLIOPOLAM

+
CORPUS SCRIPTORUM
ROMANORUM NEAPOLITANUM

I

ARUSIANUS MESSIUS


SCRIPTORES NEAPOLITANOS VEL CAMPANOS
ITEMQUE EOS QUORUM CODICES VEL SOLI
VEL POTIORES NEAPOLI SERVANTUR HAEC
NOVA BIBLIOTHECA AMPLECTITUR.

ARUSIANI MESSII

EXEMPLA ELOCUTIONUM

EDIDIT

ENTIUS V. MARMORALE



NEAPOLI
APUD ALOISIUM LOFFREDO BIBLIOPOLAM
MCMXXXIX



D
8201 15

Libellum Arusiani Messii, viri clarissimi, oratoris, comitis primi ordinis¹, qui imperatoris Theodosii aetate floruit, opus suum nomine Olybrii et Probini consulum anno 395 p. Ch. n. inscripsit² et Symmachi benevolentiam in se convertere conatus est³, in lucem edidit primus Angelus Maius anno 1815 Mediolani ex Ambrosiano manuscripto inter opera et fragmenta Frontonis, cui tribuendum arbitrabatur⁴. Verum codex Ambrosianus

¹ Haec omnia de Arusiano leguntur in codicum Neapolitanorum inscriptione. De oratoris titulo non insueto grammaticis Arusiani quoque aetatis v. RUHNKENIUM praef. in Rutil. Lup. p. XXVI; de dignitate comitis primi ordinis v. MOMMSEN, *Herm.* IV (1870), p. 127 et SEECK, *Realencycl.* IV, 635. Ceterum de Arusiano v. BUECHELER, *Rhein. Mus.* 43 (1888), p. 293 et GOETZ, *Realencycl.* 2, 1492.

² In catalogo cuiusdam regni Francogallici bibliothecae saec. IX haec verba leguntur: *incipit messi oratoris de elocutionibus | olybrio et probino Messius.* V. HAUPt, *Herm.* III, 221, et BECKER, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonnae, 1885, p. 41.

³ Duo Symmachi posuit exempla (I,85; XI,2) a norma sibi praestita paulum deflectens atque recentiorem scriptorem aliquoties in scribendi exemplum laudans, ut ait LINDEMANNUS, p. 202.

⁴ In codice Ambrosiano (D 498 part. inf.), quo usus est Maius in editione Mediolanensi, et in quattuor codicibus Romanis, quos contulit cum Ambrosiano in editione Romana, opus Frontoni tribuitur. Quae falsa attributio haud dubie originem inveniebat in codice Bobiensi; in altero enim codice Parrhasii idem Parrhasius monuit a quibusdam opus improbe adscriptum Frontoni, et in codice potiore eiusdem Parrhasii, qui accurate ex Bobiensi archetypo expressus est, nomini Arusiani Frontonis nomen superscriptum est. Haud improbabile est, dicam cum Keilio, in codice Bobiensi similiter utrumque nomen in praescriptione libri po-

Arusiani libelli tantum aliquam partem servabat, plurimis elocutionibus vel omissis vel in breviorem formam redactis, itemque codices Romanii, quos idem Maius alium cum alio et cum Ambrosiano contulit, cum denuo Frontonis opera et fragmenta Romae anno 1823 edidit.

In formam longe ampliorem redactum libellum non multis post annis ex codice Gudiano edidit Fridericus Lindemannus (Lipsiae, anno 1831), qui vero paucis locis exceptis, in quibus ille aiebat medicinam ab alio tantum libro scripto exspectandam, codicem Gudianum « veram grammatici manum » referre arbitratus est. Lindemannum autem, ut iam antea Maium, fugit vetustiores potioresque codices Arusiani operis exstare Neapolii, quamquam utrique doctissimo viro locus epistolae Nicolai Heinsii qui de eis mentionem fecerat notus fuit¹. Quam ob rem Lindemannii editio, etsi ampliorem formam Arusiani libelli praebuit, nonnullis corruptis lectionibus inquinata est.

Primus ad meliorem Arusiani editionem conficiendam codicibus Neapolitanis, immo tantum priore ex iis, usus est Henricus Keilius, qui cum iam diligentissime exposuisset in indice lectionum Halensium aestiv. a. 1879 omnia quae de Arusiani libris manuscriptis dicenda viderentur, libellum emendatiorem edidit anno 1880 amplissimamque notitiam operi praeposuit. At cum Keilius non potuisse ipse suis oculis codices Neapolitanos perlegere, nec ceterum Gustavus Ivergensius, qui in Keilius usum codices Neapolitanos cum Lindemannii editione contulit, operam attente dedisset ad eosdem codices bene legendos, nonnullae lectiones mendosae in Keilius editionem irrepserunt. Itaque aliquot Ciceronis, exempli gratia, Sallustiive fragmenta, quae nobis tantum ab Arusiano servantur, mendis inquinata leguntur, et ipse

situm fuisse. At locus Cassiodori (*Instit. div. lect.* c. 15), de quo mox, omne dubium aufert.

¹ Epistolam Heinsii mox referemus.

Keilius quodam loco (XVII, 1) elocutionem etiam cum exemplo suo omisit, quia de codicis potioris lectione falsam notitiam ab Ivergensio acceperat.

Quae omnia ipse animadverti cum vacarem historiarum Sallustii fragmentis, amore diligentioris cognitionis adductus ad miseras perfectissimi historici Romani operis reliquias. Mihi enim Neapoli vitam agenti facile fuit codices Neapolitanos Arusiani, qui CXXIII Sallustii historiarum fragmenta servavit, perlegere, tuncque multas disputationes de nonnullis ipsis fragmentis ortas esse ex codicum non diligentи collatione intellexi, easque excidere iisdem codicibus attente inspectis. Quod feci. Hoc opere tandem elaborato; arbitratus sum novam editionem Arusiani opportunam futuram; praesertim cum, fatebor ingenue, non aemulatio mala neque cupidio operis Keili, quod monumentum viri clarissimi perenne manebit, loco deiciendi me moveret, immo Romanarum litterarum purus amor, qui longum difficilemque laborem omnino levavit.

Arusiani libellum in multorum manibus versatum testis est Cassiodorus¹ qui, cum loqueretur de non violando profanae elegan-

¹ Arusiani notitiam iam viderat apud Ambrosium BUECHELER (*Rhein. Mus.* 43, p. 293); Ambrosius enim, ut Pauli apostoli elocutionem *nobis decebat* (*Hebr.* 7,26) probaret, scripsit (*De fuga saeculi*, 3,16 Schenkl): « recta elocutio, siquidem et apud eos qui verborum et elocutionum dilectum habuerunt, huiusmodi invenitur dicente aliquo ‘locum editiorem quam victoribus decebat’. Quod ideo non praeterii, ut sciamus quia apostolus naturalibus magis quam vulgatis ut secundum artem utitur verbis ». Locus, qui et apud Servium (*in Verg. Aen. VIII, 127*) invenitur, ex Sallustii historiarum libro I (*140 Mauren.*) depromptus laudatur ab Arusiano (IV, 13); quod tamen non sufficit, ut mihi videatur, ad probandum « Ambrosium ipsum hunc libellum [Arusiani] et brevitate et commoditate habilem orationis fingendae et ornandae causa diligenter evolvisse », ut scribit Schenkl (*Ambrosii opera*, Wien, 1897, 2, p. XII). Ambrosii opera elocutionum Ciceronis, Sallustii, Terentii, Vergilii plena sunt, quae mihi videntur ex Arusiani libello desumptae

tiae causa divinarum scripturarum eloquio, admonuit regulas elocutionum Latinarum, id est quadrigam Messii, omnimodis non sequi oportere². Haec Cassiodori, quae sola est mentio de Arusiano facta, nos docet Theodorici aliorumque Gothorum regum aetate exemplis elocutionum a grammatico collectis homines litteratos uti. Tribus post saeculis libelli notitiam invenimus in catalogo cuiusdam regni Francogallici bibliothecae, in quo cum nonnullorum aliorum operum inscriptiones legantur, haec de Arusiano invenitur: *incipit messi oratoris de elocutionibus olybrio et probino Messius*³. Huius libri manuscripti nullam amplius notitiam habemus sed Arusiani libellus adhuc servabatur in Bobiensi bibliotheca, in cuius catalogo, anno 1461 facto, quem Amedeus Peyron edidit³, haec invenimus: « Ysidori episcopi Tractatus de astronomia. Eiusdem liber de usu litterarum. Ysidori senioris liber promiorum. Eiusdem liber de vita vel obitu sanctorum qui in domino precesserunt. Eiusdem Tractatus de interpretatione nominum hebraycorum. Tractatus velilongi de ortographia. Prisiani gramatici vel porte. Adamanti sive martirii de B et U vocali. De emendatione et notis veterum librorum. De distinctionibus. De positione. Augustini Tractatus ad petrum de vera fide. Ysidori episcopi liber secundus de interpretatione nominum hebraycorum. Ciclus pascalis vid. modus adinveniendi festum pasche. Arusiani Messi vc. comitis primi ordinis Exemplaria elocutionis

(exempli gratia, Ambrosius, *De Nabuthe Iezraelita*, V, 6: « ut gemma bibat, in ostro dormiat »; Arusianus, II, 1 « bibit illo poculo, idem [Verg.] geor. II [506] ‘gemma bibat’; IV, 7: dormit hac re, Verg. geor. II [506] ‘et Serano dormiat ostro’). At industria virorum doctorum nondum haec omnia collegit; quibus collectis abunde apparebit Ambrosium Arusiani libellum diligenter evolvisse.

¹ CASSIOD. *Instit. div. lect. c. 15.* Libellus Messii quadriga appellatur quod exemplis quattuor tantum scriptorum constat.

² BECKER, *Catalogi biblioth. antiqui*, Bonnae, 1885, p. 41.

³ PEYRON, *M. Tullii Ciceronis orationum fragmenta*, Stuttg. 1824, p. 29 sq. V. BECKER, *Catalogi biblioth. antiqui*, p. 300.

num ex Virgilio Salustio Terentio Cicerone digesta per litteras alphabeti. omnia suprascripta in littera longobarda obscura. parvi vol. ▶

Inventis post annum 1493 codicibus Bobiensibus a Georgio Merula, Iani Parrhasius ex iis aliquot opera describi iussit et inter ea Arusiani libellum, qui nunc in codice Neapolitano IV A 11 invenitur. Ex hoc priore apographo alterum idem Parrhasius describi iussit, quod nunc in codice Neapolitano IV A 12 legitur, fortasse ut Arusianum nonnullosque alios grammaticos ederet, ut iam ederat aut editurus erat libellum *de differentiis falso Frontoni attributum*⁴. At hoc apographum longe mendosius quam prius, ex quo haud dubie depromptum est, nonnullas lectiones potiores habet, quod ad conjecturam inducit ipsum librarium praeter prius apographum codicem Bobiensem quoque inspexisse. Codicum vero Bobiensium notitia caremus sequentibus temporibus. Apographa vero Iani Parrhasii cum multis aliis codicibus testamento eiusdem hereditas Antonii Seripandi fuerunt, qui heredem fratrem Hieronymum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem nuncupavit; quo mortuo in monasterium Sancti Ioannis ad Carbonariam cum bibliotheca locupletissima translata sunt ipsius Hieronymi testamento. Postea anno 1799 bibliotheca monasterii in bibliothecam Borbonicam, nunc regiam, traslata est.

Duo Arusiani codices a Cataldo Iannellio, Regiae Bibliothecae Borbonicae bibliothecario, ita indicantur: « IV A 11. Codex chartaceus in folio saeculo XV desinente vel XVI ineunte descriptus. In eo habentur: 1. Velii Longi libellus de orthographia. 2. Tum, interiectis decem paginis vacuis, Adamantii sive Martyrii de B muta et V vocali tractatus. 3. Catholica Probi, sive Grammaticarum Institutionum liber secundus. 4. Arusiani Messi

⁴ Libellum Parrhasius edidit Vicetiae a. 1509. Codex Bobiensis huius libelli adhuc servatur in regia bibliotheca Neapolitana (IV A 8) inter codices eiusdem Parrhasii.

exempla elocutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone digesta per literas. Quae verba scripta sunt colore rubro: immo eodem colore superius haec preeposita A. Cornelii Frontonis. 5. Tractatus de metris absque titulo. Auctor tamen est Atilius Fortunatianus a Putschio editus P. 2671. Cuius nomen in codice ad calcem adpositus (*sic!*); sic enim tractatus clauditur: Ars Atillii Fortunatiani explicit. 6. Ars Caesii Bassi de metris. 7. Idiomata nominativa, quae per genera efferuntur, quae et ipsa ordine apponemus, quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt. 8. Interpretatio verborum Graecorum, quibus usus D. Hieronymus in suis libris. Librum habuit Antonius Seripandus ex Iani Parrhasii testamento ». « IV A 12. Codex chartaceus saeculo XV desinente vel XVI ineunte descriptus. Insunt: 1. Tractatus Velii Longi de Orthographia. 2. Adamantii sive Martyrii de B muta et V vocali libellus. 3. Arusiani Messi v. cl. or. Comitis primi ordinis exempla loquutionum ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone digesta per literas. Ad oram haec scripserat Parrhasius: *Arusiani, a quibusdam substitutum erat Cornelii Frontonis improbe.* 4. Principia Artis Rhetoricae summatim collecta e multis ascyhtomata (*sic!*) a Iulio Severiano. Ea leges in Syloge Pitheoanea Argentoratensi, p. 329 ad 345. Librum habuit Parrhasius, qui tres priores titulos manu sua supplevit, tum plura in lectione emendavit, argumentaque rerum in singulis paginis ad oram adposuit. Ad calcem haec: Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento »⁴.

Ex codice priore (IV A 11) mihi videntur deprompta et descripta excerpta quibus Angelus Maius usus est in editionibus Mediolanensi et Romana, quae in codicibus Ambrosiano D 498 inf., Vaticano 3402 qui olim Fulvii Ursini fuit, Vaticano 5216 et

⁴ Catalogus Bibliothecae Latinae veteris et classicae manuscriptae quae in regio Neapolitano museo Borbonico adservatur descriptus a CATALDO IANNELLIO, Neapoli, 1827, pp. 9-11.

duobus aliis Vaticanis servantur. Hos codices aut similes ante oculos habuerunt Aldus Manutius in notis ad Sallustium (Venetiis, 1563), Janus Dousa in notis ad Sallustium (ed. Gruteriana), Carolus Sigonius in fragmentis Ciceronis (Venetiis, 1560), Andreas Patricius in Ciceronis fragmentis (Venetiis, 1565), Fulvius Ursinus in notis ad Sallustium (Antverp. 1595) et Ciceronem (Antverp. 1581), et Ludovicus Carrio in editione Sallustii Antverpiensi (1579). At hi codices nullam fidem praebent, quia, ut Keilius recte admonet, « non solum exempla scriptorum, quae grammaticus posuerat, saepe neglegenter scripta et omissis quibusdam vocabulis interdum decurtata vel plane omissa, verum etiam, in posteriore maxime libri parte, hoc est inde ab elocutionibus ab littera incipientibus, multae elocutiones cum suis exemplis omisae sunt... In priore vero libri parte quaedam, quae in exemplis scriptorum apud Arusianum corrupta sunt, in his Frontonis excerptis ex ipsorum scriptorum libris correcta sunt (p. 444) ».

Integrali vero libelli formam, quae in Bobiensi et nunc in Neapolitanis codicibus, praecipue priore, servatur, invenimus in apographis recentioribus, quae ab apographo Nicolai Heinsii descripta sunt. Nicolaus enim Heinsius, cum Neapoli esset anno 1647, libellum Arusiani inspexit in monasterio Sancti Ioannis ad Carbonariam; de quo ad I. F. Gronovium (*Syll. epistoliarum a viris illustribus scriptarum*, ed. Burmanni, III, p. 181) die 20 Mai a. 1647 ita scripsit: « futurum video ut aestas proxima hic mihi transigatur. Inveni enim Grammaticorum nonnullorum hactenus ni fallor inedita, magno mihi usui futura, quae omnino velim describere. Inter quos Volusianus Messus, quem alii Cornelium Frontonem volunt... Ubi Macrobi Saturnalia absolvero..., ad Volusianum describendum transibo ». In eadem sylloge p. 184 mense Iunio 1647 ipsius Heinsii haec leguntur: « nunc sum in describendo Arusiani Messi de elocutionibus libello, in quo fragmenta Ciceronis et Sallustii multa ». Ipse autem Heinsius in descri-

bendo apographo suo non priore (IV A 11) sed altero codice (IV A 12) Parrhasii usus est, quod facile apparet et ex inscriptione et ex lectionibus codicum ex apographo Heinsii descriptorum, in quibus coniecturae et emendationes non eiusdem manu librarii scriptae alterius codicis Parrhasii saepissime inveniuntur.

Deinceps Heinsius amicis apographum suum communicavit, et praecipue Vossio, qui ipsi Heinsio (*Syll. epist. ed. Burmanni*, III, p. 579) ita scribit: « ante biduum remisi tibi Arusianum Messum, et annotata in Avienum, cum alio illo msto, quem mihi communicaveras ». Postea apographum Heinsii, quo ipse in notis ad Ovidium Vergilium Valerium Flaccum et Ioannes Rhodius in lexico Scriboniano usi sunt, laudatur ex codice quodam Graevii a Fabricio in indice bibliothecae Latinae (1722, III, p. 914).

Post mortem Heinsii eius apographum ad Philippum Dorvillum pervenit, apud quem Petrus Burmannus Secundus descripsit, teste eodem Burmanno in commentario de vita Nicolai Heinsii, p. 9. Ex apographo Burmanni Petrus Bondamus, cum editionem Arusiani pararet, apographum suum descripsit, quod cum paucis chartis novae editionis imperfectae in Leidensi bibliotheca servatur inter codices Perizonianos 84⁴. Bondami codice postea usus est Martinus des Amorie van der Houven (Houvenus) in specimine litterario de nonnullis locis veterum scriptorum cum appendice 'de Arusiani Messii exemplis elocutionum, Amstelodami a. 1845; Laurentius autem van Santen (Santenius) apographum suum, quod nunc in Berolinensi bibliotheca dicitur 97. 4 inter Diezianos codices, non ex Bondami sed ex Burmanni apographo descripsit. Ex eodem Heinsii apogra-

⁴ « Saxius in Onomastico Edit. Traiecti ad Rh. 1775 p. DXI laudat P. Bondami Adnotationes ad Arusiani Messi *Quadrigam* sive *Exempla elocutionum*, cuius libelli, inquit, non nisi duo folia maiori forma typis descripta sunt. Eam coeptam Editionem equidem videre mirifice cupio, sed eadem incommodissime careo... ». MAIUS in editione Mediolanensi, 1815, p. 486.

pho fortasse ductus codex Gudianus, quo Lindemannus in editione Arusiani usus est, servatur in bibliotheca Wolfenbuttelana inter codices Gudianos 281¹.

Sed de codicibus Ambrosiano, Romanis, Perizoniano 84, Gudiano 281 et Berolinensi 97.4 non multa dicenda putavi quia ii, e codicum Neapolitanorum apographis descripti, ubi ab iis dissentunt, nihil aliud nisi conjecturas Italorum aut Batavorum continent. Ego vero, ut iam Keilius, in mea editione codice Neapolitano potiore IV A 11 usus sum; at saepe alterum quoque codicem Neapolitanum IV A 12 perlegi, cuius librarius, ut supra dixi (cum codex, ceterum mendosissimus, habeat nonnullas lectiones potiores), fortasse codicem Bobiensem quoque inspexit. Huius codicis autem non semper mendas notavi, praesertim cum illae errori librarii tribuendae sint.

Codicem vero IV A 11 semper secutus sum; at, cum codex a duobus librariis descriptus videatur, et prior usque ad elocutionem VI, 19 (*fine illius rei — mare*), alter reliquas elocutiones descripscerit, [et prior *Virg.*, alter *Verg.* habeat, ego semper *Verg.* scripsi. Nunc autem, ut facile qui velit intellegat quantum et quibus rebus mea a Keili editione differat, dicam tantum aliquot locos quibus a Keilio me removi:

I,27 astant *N^a* astaret *male legit Keilius*; I,74 avocant *N^aN^b* *M* avocabant *O Keilius, quem haec lectio fugit*; I,80 alligantur *N^aN^b* *Cicero* alligabantur *Keilius, quem lectio codicum Neapolitanorum fugit*; IX,25 cornu f. il. c. *N^aN^b* cornu f. d. c. *Keilius*; IX,27 quantum queo *N^aN^b* [*quintum queo male legit Keilius*; IX,34 Placentini *N^aN^b* Plusentini *male legit Keilius*; IX,35 manibus *N^aN^b* navibus *male legit Keilius*; IX,40 Syllani *N^aN^b* Syllam *male legit Keilius*; IX,42 omniumque partium *N^aN^b* omnium partium *Keilius*; IX,46 velut *N^aN^b* veluti *Keilius*; IX,66 et fi-

¹ Codicibus Neapolitanis usus est GARATONIUS, *Cic. orat. v. VII*, Neapoli, 1786.

ducia *N^aN^b* es fiducia *male legit Keilius*; XI,7 divinatione *N^aN^b* divinationi *male legit Keilius*; XII,5 iud. *N^aN^b* vid. *Keilius*; XII,6 se incusat *N^aN^b* *Vergilius te incusat Keilius*; XIV,7 cara *N^aN^b* cana *Keilius*; XV,1 *menda thymo plena N^aN^b fugit Keilius*; XV,22 tris patet pro tris pateat *fugit Keilius*; XV,24 projectus huic rei *N^aN^b fugit Keilius*; XV,25 tum vero *N^aN^b* tum utro *male legit Keilius*; XV,37 Libycae *N^aN^b* *Libya male legit Keilius*; XV,42 *Keilius omittit exemplum Terentii Hecy. 483*; XV,51 praeminent *N^aN^b* *praeminet Keilius*; XV,51 in altitudine *N^aN^b quorum lectio Keilius fugit*; XVII,1 *Keilius elocutionem omittit*; XVIII, 20 sistit hic *N^aN^b fugit Keilius*; XIX,2 iracundiam *N^aN^b Cicero* et iracundian *Keilius*; XIX,6 disciplinam meam *N^aN^b disciplinam med male legit Keilius*.

His rebus explicatis, cupio spem meam proferre auctores studiorum criticorum in Cicerone Sallustio Terentio Vergilio magis magisque Arusiani testimonio usuros in editionibus conficiendis⁴. Arusianus enim, etsi, ut iam videbatur Niebhurio², libello de elocutionibus minimum de suo attulit, de scriptoribus Latinis quos supra laudavi optime meruit, praincipue de Sallustio.

ENTIUS V. MARMORALE

⁴ Saepe Arusiani libellus laudatur; at de eius lectionibus locorum Ciceronis, Terentii, Vergilii nondum satis disputatum est. V. ceterum SCHINDLER, *Observ. crit. et hist. in Terent.*, Halle, 1881; NIETZSCHE, *De locis Sall. qui ap. scriptores et gramm. vet. leguntur*, Gottinga, 1888; MAC DONALD, *Class. Rev.* 18 (1904), p. 155; MUELLER, *De veterum gramm. in Terentio studiis criticis*, Aquisgrani, 1926; KARBAUM, *De auctoritate ac fide gramm. Latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem* (*Dissertationes philologicae Halenses*, VI, 1886); KARBAUM, *De origine exemplorum, quae ex Ciceronis scriptis a Charisio, Diomede, Arusiano Messio, Prisciano, aliis gramm. Latinis allata sunt*, Wernigerode, 1889; GOETZ, *Ind. lect. Ien.*, 1888-89; GOETZ, *Burs. Jahresb.* LXVIII; WISCHENOWSKI, *De Prisciani instit. gramm. compositione*, 1909; GOIDANICH, *Note di esegesi e di critica di testi grammaticali latini*, in *Riv. Fil. Class.*, 34 (1906), p. 44.

² In editione reliquiarum Frontonis.

CODICES ET EDITIONES

N¹ codex Neapolitanus IV A 11

N² codex Neapolitanus IV A 12

M codices et editiones Maii concordes

M¹ editio Maii Mediolanensis

M² editio Maii Romana

G codex Wolfenbuttelanus Gudianus 281

P codex Leidensis Perizonianus

Lindemannus (*Corpus Gramm. Latinorum veterum*, I, Lipsiae, 1831, pp. 207–266)

Keilius (*Grammatici Latini*, VII, Lipsiae, 1880, pp. 249–514)

Maurenbrecherus (*C. Sallustii Crispi Historiarum reliquiae*, Lipsiae, 1891–93).

ERRATA

p.	4	I.	15	516	517
>	9	>	13	138	134
>	10	>	14	552	252
>	25	>	14	idem.	idem
>	31	>	15	III	IV
>	35	>	12	sic.	sic
>	35	>	15	331	351
>	46	>	2	nisi	nisi
>	50	>	8	III	III (529)
>	59	>	1	5	55
>	63	>	1	332	232
>	63	>	19	ostendes	ostendens
>	65	>	7	178	188
>	65	>	22	II	II (148)
>	79	>	4	26	29

CORRIGE

ARUSIANI MESSII

EXEMPLA ELOCUTIONUM

EX VERGILIO SALLUSTIO TERENTIO CICERONE DIGESTA PER LITTERAS

I. ABUNDANS illius rei, Verg. in buco. (2,20) 'nivei quam¹
lactis abundans.' abundans illa re, Cicero pro Cornelio libro II
(p. 259 M.) 'quis tam abundans copiis'. abundat illa re, Cic.
pro Cluentio (65,184) 'mulier abundat audacia'. abunde est
huius rei, Verg. Aen. VII (552) 'terrorum et fraudis abunde est'.

ARDET illa re, Verg. Aen. XI (782)

'femineo praedae et spoliorum ardebat amore'.

ardet illam rem, idem in buc. (2,1)

'formosum pastor Corydon ardebat Alexim'.

ardet in illa re, Salust. bello Catil. (5,4) 'ardens in cupiditati-
bus'. ardet in illam rem, Verg. Aen. VII (623) 'ardet in excitam
Ausoniam'.

AVERTIT hac re. Verg. Aen. I (38)

'nec posse Italia Teucrorum avertere regem'.

Incipit Arusiani Messi uc. (*viri clarissimi*) or. (*oratoris*) comitis
primi ordinis exempla elocutionum | ex Vergilio Salustio Terentio Ci-
cerone digesta per litteras. *eadem manu, ut videtur, Arusiani nomini*
superscriptum est Cornelii frontonis, detrita ante Cornelii littera a,
ut Iannellio quoque videbatur (*Catalog. biblioth. lat. in reg. Neap.*
mus. borbon., p. 10) *N¹* Arusiani Messi uc. or. comitis primi ordinis
exempla | elocutionum ex Virg. Sallust. Terent. Cicer. digesta per litteras. *in margine autem manu Parrhasii Arusiani*, a quibusdam | sub-
stitutum erat Cornelii | Frontonis improbe *N²*

I. 1 Abundans] *Prisc. l. XVIII p. 216* 2 Aen. VII omm. *N¹ N²*

avertit ab illa re, Cic. Philip. (V, 11,28) 'ab urbe M. Antonii in
Galliam avertit'. aversus ab illo, Cic. in Catil. III (9,21) 'tam
aversus a vero'.

4 ACCINGO me huic rei, Verg. Aen. I (210)

'illi se praedae accingunt dapibus futuris'.

accingor illam rem, idem Aen. III (493) 'magicas invitam ac-
cingier artes'. accingo illi illam rem, idem Aen. XI (489) 'la-
terique accinxerat ensem'. accingor illa re, idem Aen. VII (640)
'fidoque accingitur ense'.

5 APPULIT huic rei, Verg. Aen. I (377)

'forte sua Libycis tempestas appulit oris'.

appulit ad hoc, Ter. in Andria (1)

'poeta cum primum animum ad scribendum appulit.'

6 AVIDUS hoc facere, Verg. Aen. XII (290) 'avidus confun-
dere foedus'. avidus illius rei, idem Aen. VIII (661) 'ergo avi-
dum pugnae dictis', Salustius hist. III (39 *Mauren.*) 'avidior
modo properandi factus'. avidus ad hanc *rem*, Ter. Eun. (131)
'aliquantum ad rem est avidior'.

7 ABNUO fieri hoc, Verg. Aen. X (8)

'abnueram bello Italianam concurrere Teucris'.

abnuo de illa re tibi, Salust. bello Iug. (84,3) 'neque illi senatus
de ullo negotio abnueret'. abnuo tibi hoc, idem hist. I (50 *Maau-
ren.*) 'nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros'.

8 AMICUS illi, Verg. Aen. VIII (774) 'et amicum Crethea
Musis'. amicus illius, Ter. Adel. (*Phorm. 35*)

3 Avertit] *Prisc. l. XVIII p. 277* Antonii *N²* Antonium, sed
idem librarius corr. Antonii *N¹* M. Antonii impetus nefarios ab urbe
in Galliam avertit Cicero tam MG iam *N¹ N²* 4 illi se praedae
MG illi se huic praedae tribus punctis u litteram coronantibus *N¹*
illi se huic praedae verbo huic deleto *N²* 5 Aen. omm. codices
Lybicis *N¹ N²* 6 hoc facere *N²* ho facere *N¹* rem GM; omm.
N¹ N² aliquantum *N¹ N² G* aliquantulum M 7 abnueret *N¹ M* ab.
N² G. Dabnueret sudabet Colluctio 8 Adel. *N¹ N² G* Phor. M

'amicus summus mei et popularis Geta'.

ADHIBET illi, Verg. Aen. V (62) 'adhibete penates et patres epulis'. adhibet in illum, Cic. de domo sua (23, 60) 'cruelitatem expromo, quam in me ipsum ac meos adhibuistis'. adhibet in illo faciendo, Cic. Siciliensi (*in Verr. II*, 77, 189) 'adhibentur in scribendo viri primarii'.

ADIURO hoc, Verg. Aen. XII (816)

'adiuro Stygii caput implacabile fontis'.

adiuro per hoc tibi, Ter. Andria (694) 'per omnes tibi adiuro deos'.

AESTIMO hoc illa re, Cic. in Ver. de suppliciis (*in Verr. V*, 9, 23) 'haec vero, quae vel vita redimi recte possunt, aestimare pecunia non quo'. aestimo hoc ex illa re, Sal. bel. Catil. (10, 5) 'amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare'.

ABUTOR illa re, Cic. in Catil. I (1, 1) 'abutere, Catilina, patientia nostra'. abutor illam rem, Sal. bel. Catil. (13, 2) 'quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiae, quippe quas habere honeste licebat, abuti per turpitudinem properabant', Ter. Andria (5).

'nam in prologis scribendis operam abutitur'.

ABDICAT se illa re, Cic. in Catil. libr. III (6, 14) 'Lentulus cum se praetura abdicasset'. abdicata illa re, Sal. bello Catil. (47, 3) 'senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus'.

AMPLIUS illa re, Cic. frumentaria (*in Verr. III*, 19, 49) 'quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse

mei codices meus Terentius 9 Aen. V] Aen. VIII codices adhibete N¹ N² G adhibere M in me ipsum codices in ipsum me Cicero in scribendo codices in exscribendo Cicero primarii viri G 12 habere honeste codices honeste habere Sallustius 13 abdicata illa re coni. M¹ abdicatur illa res corr. Keilius abdicat illa re codices senatus decernit uti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis habeantur Sallustius 14 frumentariae N¹ frumentariae sed manu librarii frumentaria N² amplius illam rem

quam populo Romano misisse', Sal. bello Catil. (56, 2) 'amplius duobus milibus'. amplius illam rem, idem in eodem (59, 6) 'amplius annos trinta cum magna gloria fuerat'.

15 ADVERSUS illius, Sal. Iug. (43, 1) 'aci viro et quamquam adverso populi' † id est adversus illi nobilitatis.

16 ADVERSUM te pro apud te, Ter. Andria (42)

'et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam'.

17 AD et apud confuse ponuntur, Verg. Aen. I (24)

'prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis', idem Aen. XI (288)

'quicquid apud durae cessatum est moenia Troiae', Ter. Adel. (512) 'ego Micionem, si ad forum est, conveniam', idem Andria (302) 'apud forum modo e Davo audivi', Cic. pro Roscio (*pro Rosc. Amer. 15*, 44) 'ac tantum modo aleretur ad villam', Ter. Adel. (516) 'apud villam est', Sal. Iug. (101, 6) 'ibi latine — nam ad Numantiam loqui didicerat — exclamat'. ad quidam pro iuxta vel circa poni dicunt Siciliensis exemplo (*in Verr. II*, 6, 17) 'statim Romae et ad urbem quaerere et agitare cum suis coepit', id est in urbe et profectus iam circa urbem.

corr. M¹ amplius ad illam rem codices annos G ad nos N¹ N² et codices Maii fuerat M Sallustius fuerunt N¹ N² G amplius annos trintia tribunus aut praefectus aut legatus aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat Sallustius 15 et quamquam M aequum N¹ N² aequum G acri viro et quamquam adverso populi partium Sallustius id est adversus illi nobilitatis codices idem: adversus ille nobilitatis; ut intellegatur aliud exemplum a Sallustio mutuatum > coniecit Lindemannus 17 ponuntur M Lindemannus et Keilius ponit N¹ N² G primo N¹ N² Aen. XI Aen. XII N¹ N² G durae N² M G Troiae dirae verbo Troiae deleto N¹ Mitionem codices ad forum est codices apud forum Terentius latinae N¹ N² apud Numantiam Sallustius Roma N¹ N² circa urbem, sed alia manu verbum circa deletum et iuxta superscriptum N¹. hinc iuxta urbem habent

sed gravius his adfertur exemplum primae actionis in Verrem (8, 22) ‘ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos’.

ADSUESCO illis rebus, Verg. Aen. VIII (174) ‘sociorum ¹⁸ adsuescite mensis’. adsuesco illam rem, idem Aen. VI (833) ‘ne tanta animis adsuescite bella’. adsuetus illi rei, Verg. Aen. VII (490) ‘mensaque adsuetus herili’. adsuetus facere, idem Aen. VIII (511)

‘adsueti longo muros defendere bello’.

ADSIDET illi, Cic. Siciliensi (*in Verr. II*, 34, 83) ‘Sthenius ¹⁹ est, hic qui nobis adsidet, Thermitanus † neque adsidere Gabiniū aut alloqui in curia quisquam audebat’. adsidet illum in illa parte, Sal. Iug. (II, 3) ‘dextra Adherbalem adsedit’.

ABHORRERE illum, Cic. pro Cuentio (14, 41) ‘nemo illum ²⁰ convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorabant, omnes ut aliquam immanem ac perniciosa bestiam pestemque fugiebant’. abhorrere ab illo, Ter. Hecy (714) ‘abhorrere animum huic video a nuptiis’.

ADNARE ad eam rem, Cic. de rep. II (4, 9) ‘ut ad eam ²¹ urbem quam incolas possit adnare’. adnare illi rei, Verg. Aen. I (538) ‘huc pauci vestris adnavimus oris’.

ADGREDIOR illum, Verg. Aen. III (92) ²²

N¹ M G nulla cogente necessitate sed gravis his adfertur exemplum prima (e prima legit *Keilius nescio unde*) factionis in Verrem. *N¹ N²* gravius his adfertur *G* grave his adfertur *M* ¹⁹ Siciliensi] Siciliensis *N¹* Siciliensis *littera s deleta N²* in Siciliensi *M* Siciliensi *G* in Siciliensi *Lindemannus* Sthenius] Thaenius *littera h superscripta N¹* Thaaenius, *sed* Sthenius *recentiore manu N²* Hearnus *M* Stenius *G* hic *codices Arusiani* is *codices Ciceronis* Thermitanus, neque adsidere *N¹ N² G* Thermitanus. Adsidere illum, Cic. neque adsidere *M*. *Maium secutus est Lindemannus* Sal. Iug. *M G* Sal. Virg. *N¹ N²* ²⁰ aspernebantur *N¹ N²* pestemque aspernebantur, *sed eadem manu* aspernebantur *deletum N¹* ²¹ ut adeam urbem *N¹* ut adam urbem, *sed e littera superscripta eadem manu N²* ut ad eam adeam urbem *G* ²² adgredior ad crimen *N¹ N² M G* adgre-

‘talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis’. adgredior ad illud, Cicero pro Cuentio (3, 8) ‘adgredior ad crimen’.

23 ACCOMMODA huic rei, Verg. Aen. XI (522) ‘accommoda fraudi armorumque dolis’. accommodatus ad hanc rem, Cic. pro Cuentio (13, 36) ‘arte quadam praeditus ad libidines adulescentiolorum excitandas accommodata’. adcommodo huic rei, Verg. Aen. II (393) ‘laterique adcommodat ensem’. adcommodo ad hanc rem, Cic. de rep. I (46, 70) ‘accommodabo ad eam, si potero, omnem orationem’.

24 AEGER illius, Sal. hist. III (84 *Mauren.*) ‘consilii aeger.’ aeger illo, idem bello Catil. (59, 4) ‘pedibus aeger’. aegre mihi est, Ter. Hecy (227) ‘nequid aegre esset mihi’.

25 AVULSUM illi, Verg. Aen. II (558) ‘avulsumque humeris caput’. avulsum ab illo, Ter. Eun. (520) ‘huc sperat se a me a vellere’.

26 APPLICAT huic rei, Verg. Aen. XII (303) ‘terrae applicat ipsum’. applicat ad hanc rem, Cic. in Siciliensi (*in Verr. II*, 1, 2) se ad amicitiam P. R. fidemque applicavit’.

27 AGO illa re, Cic. pro Ligario (4, 10) ‘quam isto modo a te agi maluisset’. ago illam rem, Sal. hist. III (48 *Mauren.*) ‘amittendum morem hunc quem agitis’, Verg. geor. III (154) ‘magisque agitant sub legibus aevum’.

diar ad crimen *Cicero* 23 accommodatus ad hanc rem *Keilius* accommoda ad hanc rem *N¹ N² M* commodo ad hanc rem *G* accommodata *M* accommodatum *N¹ N² G* adcommodo huic rei *No-nius p. 244* accommodabo *N¹ M* adcommodabo *N² G* ad eam] ad ea *N¹ N² MG* accommodabo ad eam, si potuero, omnem illam orationem *Cicero* 25 huc *N¹ N² hunc MG* a vellere *N¹ N² G* evellere *codices Maii* credo ei placere hoc, sperat se a me a vellere *Terentius* 26 P. R.] pater *N¹ N² p. r. M; om. G* se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit *Cicero* 27 a te *G* *Cicero* ad te *N¹ N² M* amittendum] omittendum *codex Vatic. Sallustii*

ADIT ad illum, Cic. ad Auxium lib. I (*p. 303 M.*) ‘ad Mar-
cum Bibulum adierunt’, Ter. Andr. (639) ‘adeamne ad eam’.
adii illum, Cic. pro Scauro (25) ‘adii causas oratorum’. adii in
illum, idem de signis (*in Verr. IV, 11, 26*) ‘priusquam Romam
atque in horum conventum adieritis’.

ADSUM illi, Cic. pro Cornelio lib. I (*p. 244 M.*) ‘das enim
mihi facultatem eos qui tum adfuerint Cornelio nominandi’. adsum
ad hoc, idem pro Cornelio (*p. 256 M.*) ‘facite ut facitis, qui ad
causam adestis’.

ABDUKO ab illis, Cic. pro Deiotaro (*II, 31*) ‘tu ab avo
abduxisti’. abduco illis, Verg. Aen. X (79) ‘et gremiis abducere
pactas’.

ADIUTO hoc illos, Cic. ad Auxium I (*p. 303 M.*) ‘si tu ali-
quid nos adiutare potes’. adiuta hoc illis, Ter. Hecy (359)

‘tu pueris curre, Parmeno, obviam atque his onera adiuta’.

ADMovIT ad hanc rem, Cic. de rep. II (3, 5) ‘neque enim
ad mare admovit, quod ei fuit facillimum’. *admovit illam rem illi*,
Verg. Aen. XII (171) ‘admovitque pecus flagrantibus aris’.

AD illius quaero, ut subaudiatur templum sive fanum, Cic.
pro Quintio (4, 17) ‘non satis erat in † deberetur, nisi ad Ca-

agitant] astant, sed astant *nescio quomodo legerit Keilius*, N¹ astant,
sed alia manu agunt deinde agitant superscriptum N² 28 Adit ad
illum] adit ad illam rem, *sed alia, ut videtur, manu verbo rem deleto*,
ad illum corr. N³ adit ad illum N² MG ad Auxium] fortasse ad
Auxium. *cfr. Suet. Caes. 9 adeamne] adeam ne N¹ N² ad eam ne*
adeam M adeamne ad eum Terentius causas oratorum N¹ N² MG
adii casas aratorum *Ciceronis codex Taurinensis* horum MG Ci-
cero horam N¹ N² adieritis N¹ N² G adiretis M Cicero 29 das
N² G dar corr. das fortasse alia manu N¹ da M adfuerint N¹ N² G
adfuerunt M 31 Adiuto] adiuta N¹ N² MG si tu aliquid nos
N¹ N² G si tu nos aliquid M Lindemannus 32 rem *coni. Keilius*;
omm. codices pecus M G pectus N¹ N² admovit illam rem illi
coni Keilius 33 quaero G puer tribus punctis u litteram coronantibus
N¹ N² in (*non recte legit m Keilius*) deberetur N¹ nn deberetur

storis quaesisses, quantum solveretur’, idem pro Cluentio (36, 101)
‘sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnae’, idem Phi-
lip. I (7, 17) ‘pecunia utinam ad Opis maneret’.

³⁴ ABSENTE me singuli numero, Cic. Philipp. I (2, 6) ‘et
absente populo et invito’. absente *nobis* plurali numero, Ter.
Eun. (649)

‘nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi’.

³⁵ ALIENUM hac re, Cic. pro Quintio (31, 98) ‘nihil tamen
alienum vita superiore commisit’. alienum ab hac re, Ter. Adel.
(944) ‘alienum a vita mea’.

³⁶ ANTEEO illum hac re, Ter. Phor. (247) ‘herum anteo sa-
pientia’. anteo illi hac re, Cic. Philip. VIII (1, 1) ‘sed cum Ser-
vius Sulpicius aetate illis anteiret, sapientia omnibus’.

³⁷ ADFIXA huic rei, Verg. Aen. VIII (196) ‘foribusque adfixa
superbis ora virum’. adfixa in hac re, Cic. Philip. XI (2, 5) ‘id-
que adfixum gestari iussit in pilo’, idem de suppliciis (*in Verr.*
V, 53, 139) ‘in animo sensuque meo penitus adfixa est’.

³⁸ ACCEDO illam rem, Verg. Aen. I (200) ‘penitusque sonan-
tis accessis scopulos’. accedo ad illum, Ter. Phor. (29)

‘voluntas vestra si ad poetam accesserit’,
Cic. de suppliciis (*in Verr. V, 3, 6*) ‘quam ad Peloridem acce-
dere’.

³⁹ AUCTOR huius rei, Verg. Aen. XII (159) ‘auctor ego au-
dendi’. auctor hanc rem, Ter. Adel. (940) ‘idne estis auctores
misi?’

N² ni deberetur G. post verbum in *integra linea excidisse videtur*
Lindemann, et recte, nam non satis erat in tabulis inspexisse quantum
deberetur, ni ad Castoris quaesisses quantum solveretur Cicero Catonis
codices Arusiani Castoris Cicero 34 absente nobis plurali numero]
nobis *coni. Keilius*; omm. codices 35 nihil tamen alienum N¹ N²
G nihil tam alienum M nihil alienum tamen Cicero 36 Sulpicius]
Sulpicius codices Arusiani sed cum Servius Sulpicius aetate illos
anteiret, sapientia omnes Cicero 38 ad illum *coni. Lindemannus* ad

AQUIPERO illum, Verg. buc. (5, 48) ⁴⁰

' nec calamis solum aequiperas, sed voce magistrum'.
aequo illum, Verg. Aen X (248) ' et ventos aequante sagitta'.
aequo illa, id est paria facio, idem Aeneidos V (419) ' aequemus pugnas'.

ADSURGO illi, Verg. buc. (6, 66) ⁴¹

' atque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis',
Sal. hist. V (20 *Mauren.*) ' Syllam dictatorem uni sibi descendere equo, adsurgere sella, caput aperire solitum '.

AB integro, Verg. buc. (4, 5) ' magnus ab integro saeclorum : ⁴²
sic Ter. Adel. (153) ' ecce autem de integro ', Cic. pro *Claentio* (9, 28) ' de integro funus iam sepulto filio facit '.

ADPRIMA vel adprime, Verg. *Geor.* II (138) ' flos adprima ⁴³ tenax ', Ter. And. (61) ' adprime in vita esse utile ', idem *Hecy.* (247) ' meis me omnibus scio esse adprime obsequentem '.

AD pro usque, Verg. *geor.* IIII (428) ' ad limum radiis tepe- ⁴⁴
facta coquebant ', idem Aen. V (687) ' si nondum exosus ad unum '.

ADFECTAT illam rem, Verg. *geor.* IIII (562) ' viamque ad- ⁴⁵
fectat Olympo ', Ter. Heaut. (301) ' ad dominas qui adflectat viam '.

AMBOBUS pro utrisque, Verg. Aen. I (458) ⁴⁶

illam codices quam N¹ N² G qui M ad Peloridem Cicero ad Pelori aedem codices Arusiani ⁴⁰ aequo illa, id est paria facio N¹ N² G (nescio quare Keilius scripserit N¹ id omisso) aequo id est paria facio M Lindemannus ⁴¹ atque codices Arusiani utque Vergilius adusurrexerint N¹ Sal. hist. V] Non. p. 236
42 saeclorum puncto u litteram coronante N¹ saeclorum littera u deleta N² Cic. pro *Claentio* de integro recte coniecit Lindemannus, cui duo exempla in unum confusa visa sunt Cic. pro *Claentio* Ecce autem de integro funus iam sepulto filio facit Maius contra codices suos duo exempla confundentes ⁴³ geor. omm. N¹ N² G in vita esse utile, idem *Hecy.* coniecit Keilius omnibus adprime scio esse obsequentem G ⁴⁴ Ad pro usque N¹ N² G ad pro adusque M radiis] radii Vergilius ⁴⁶ Verg. omm. N¹ N²

' Atridas Priamumque et saevum ambobus Ulixem '.

AMENS animi, Verg. Aen. IIII (203) ' isque animi amens '.

ADFERIMUR hunc locum, Verg. Aen. VII (216)

' consilio hanc omnes animisque volentibus urbem adferimur '.

ADSIMULATUS illi vultu, Verg. Aen. XII (224) ' formam adsimulata Camerti '.

ATTONITUS hac re, Verg. Aen. XII (610) ' coniugis attonitus factis '.

ADNIXUS hac re, Verg. Aen. XII (92) ' ingenti adnixa columna '.

ADMONET illius rei, Sal. Catil. (21, 4) ' admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suaे '. admonet hoc fieri, Verg. Aen. XI (552)

' fatalem Aeneam manifesto numine ferri
admonet ira deum '.

ATROX huius rei, Sal. hist. II (74 *Mauren.*) ' ipse animi atrox '.

ABEST tot milia, Sal. Iug. (48, 3) ' a quo aberat mons ferme milia XX ', Cic. pro *Corn.* I (p. 256 M.), sed ab urbe dierum abfuerunt iter complurium ', idem pro *Claentio* (9, 27) ' Teano, quod

Ulixem N¹ M ; Ulixem delevit alia manus addiditque Achillem N² Achillem G Vergilius ⁴⁷⁻⁴⁸ duae elocutiones in codicibus N¹ N² G confusae sunt amens animi Verg. Aen. IIII consilio hunc omnes animisque volentibus isque animi amens (isque animi amens in extremo margine dextro N¹) Adferimur hunc locum Verg. Aen. VII urbem adferimus. recte ordinem priscum restituit Lindemannus isque amens animi Vergilius ⁵⁰ factis] fatis Vergilius ⁵² XI omm. N¹ N² G ⁵⁴ sed ad urbem dierum fuerit tres (verbum tres habet e litteram tribus punctis coronatam) complurium idem pro *Claentio* in eo quod erat ab Larino (alarino priore a littera deleta) XVIII milia passum N¹ N² sed ad urbem dierum tres fuerunt complurium. Idem pro Cornelio In eo quod est ab Larino XVIII milia passuum codices Maii sed ad urbem dierum fuerit iter complurium Idem pro *Claentio* In eo quod Larino XVIII milia passuum G sed ab urbe dierum ab

abest a Larino XVIII milia passuum'.

ANIMADVERTI in eum, Sal. Catil. (51, 21) 'ut prius verbe 55
ribus in eos animadverteretur'.

ARTIFEX huius rei, Sal. Iug. (35, 5) 'per homines talis 56
negotii artifices'.

ADFLICTUS illam rem, Sal. histo. III (54 Mauren.) 'adflicti 57
alveos undarum vi mulcato corpore interibant', idem hist. II
(105 Mauren.) 'circumventis dextera nuda ferrum erat saxa aut
quid tale capit adfligebant'. adflictus ea re, Cic. in Catil. II (1, 2)
'quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum pu-
tatis'.

ALTUM pedes tot, Sal. hist. III (79 Mauren.) 'clausi lateri. 58
bus altis pedem'.

ANXIUS huius rei, Sal. hist. III (68 Mauren.) 'anxius ani- 59
mi atque incertus'.

ACCEPIT in illa re, Cic. de suppliciis (*in Verr.* V, 1, 3) 60
'de eo vulnere multa dixit, quod ille ab hostium duce in capite
acceperat'. accepit illa re, Verg. georg. III (362)

'accepitque sinu vasto misitque sub amnem'.

ADSTRINGO tibi hoc, Teren. Eu. (102) 'tibi meam adstringo 61
fidem'.

fuerit iter complurium *Orellius* Cic. *fragm.* p. 937 ed. sec. sed ab
urbe dierum iter afuerunt complurium *Nipperdeius* Philol. v. III. p. 147.
Nipperdeium cum *Keillo* secutus sum Teano quod abest a Larino
Cicero 56 talis] tales *N¹N²G* 57 vi *Nonius*; omm. *codices*
Arusiani alveo *G* alveos *N¹N²M* mulcato *Nonius* malcato
N¹N² maleato *aut* malleato *codices* *Mail* adflicti alveis undarum
vi mulcato foede corpore intereunt *Nonius* p. 406 circumventi dex-
tra, unde ferrum erat, saxa aut quid tale, caput adfligebant *M* circum-
ventis dextera nuda ferrum erat saxa aut quid tale capita adfligebant
G; potior videtur conjectura *Maurenbrecheri* circumventis dextera nuda
ferrum, saxa aut quid tale capita adfigebant 60 de illo vulnere, quod
ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit *Cicero* 64 cul-

62 ADQUIESCO in hoc, Cic. pro Deiotaro (2, 5) 'in tuo ore
vultuque adquiesco'.

63 ADIUDICO illud huic, Cic. pro Corn. II (p. 259 M.) 'si
vos huius fortunas paucorum odio adiudicaveritis'.

64 ADMITTIT in se crimen, Ter. Phor. (270) 'culpam Anti-
pho in se admiserit'.

65 AVERSOR illum, Sal. hist. V (16 Mauren.) 'regem aversa-
batur'.

66 ADLUDIT ad hoc, Ter. Eu. (424) 'habui scortum, coepit
ad id adludere'.

67 ANTEVERTO tibi, Ter. Eu. (738) 'miror ubi ego huic an-
teverterim'.

68 ATTENDO animum, Ter. Andr. (8) 'animum attendite'.

69 AUSCULTO illi, Ter. Adel. (906) 'vis tu huic seni auscultare'.

70 ABSTINET se illa re, Ter. Hecy. (139)

'plus potus sese illa abstinere ut potuerit'.
abstinet illa re, Cic. de rep. I (3, 6) 'nec vero iam meo nomine
abstinet'.

71 ADULAT illum, Cic. in Pis. (41, 99) 'adulanten omnes',
idem Tuse. II (10, 24) 'nostrum adulat sanguinem'.

72 AFFLUIT illa re, Cic. pro Cluentio (66, 188) 'domumque
illam scelere omni affluentem'.

73 ASPERNOR illam rem a me, idem pro Cluentio (68, 194)

pam ut Antipho in se admiserit *Terentius* 65 adversabantur *codices*
Mail 66 cepit *N¹N²* 67 ubi] huic sed huic *deletō N¹* 68 a-
nimū attendite] animum advortite *Terentius* ad *Phorm. prol.* 24
nunc quid velim animum attendite *rettulit Lindemannus* 69 *Ausculto*
G absculo *N¹N²M* auscultare *G* absculo *N¹N²M* 70 po-
tus sese *M* potuisse *N¹N²G* potuerit *MG* potuerint *N¹N²*
abstinet illa re *coni. Keilius* nec vero iam meo nomine abstinent *Cicero*

71 Adulat *coni. Keilius* adulant *codices* idem *N¹MG* ide *N¹*

72 re *coni. Keilius* 73 rem *coni. Keilius* quin etiam nocturna sa-

'a suis aris atque templis nefarias preces aspernatos deos esse confido'. aspernor illum, idem pro Cluentio (14, 41) 'nemo illum aditu, nemo convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur'.

AVOCAT ab illa re, Cic. de rep. I (*fragm. inc. sedis*, 6) 'a ⁷⁴ qua isti avocant'.

ABALIENAS illam rem a te, Cic. Siciliensi (*in Verr. II*, ⁷⁵ 64, 155) 'maximum numerum abs te abalienasti'.

ADREPSIT ad illam rem, Cic. frument. (*in Verr. III* 68, 158) ⁷⁶ 'ad istius amicitiam adrepserat'.

ADMINISTRAT provinciam, Cic. de signis (*in Verr. IV*, ⁷⁷ 64, 144) 'quod vigilanter provinciam administrasset'.

ADSPIRAT illi, Verg. Aen. II (385) 'adspirat primo fortuna ⁷⁸ labori'. aspirat ad illud, Cic. in divinatione contra Caecilium (5, 20) 'qui ad alienam causam accedere aut adspirare audeat'.

ADOLET aras, Verg. Aen. VII (71) 'adolet dum altaria tae- ⁷⁹ dis', idem Aen. I (704) 'flammis adolere penates'. adolescunt arae, idem geor. III (379) 'Panchaeis adolescunt ignibus arae'.

ALLIGAT ad hoc, Cic. de suppliciis (*in Verr. V*, 5, 10) 'et ⁸⁰ ad palum alligantur'.

crifcia, quae putet occultiora esse, sceleratasque eius preces et nefaria vota cognovimus — cuius ego fuorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido *Cicer* asperno illum *N¹* aspernor illum *littera r alia manu adiecta N²* aspernor illum *M G* aditu *M adit N¹ N² G* aspernebatur *N¹* aspernabantur *N²* ⁷⁴ isti avocant *N¹ N² M* isti avocabant *G Lindemannus Keilius, quem codicum Neapolitanorum lectio fugit* ⁷⁵ Abalienas *coni. Keilius* abalienat *codices* rem *coni. Keilius* abalienasti *N¹ N² G* *Cicer* alienasti *M* ⁷⁶ ad illam rem *coni. Keilius* ⁷⁷ Caecilium *M G* Caelium *N¹* Caecilium *alia manu ci syllaba superscripta N²* adspireare *M* ⁷⁸ Aen. VII] Aen. V *N¹ N²* Aen. I *M G. tria Vergili exempla, quae restitui, et praeter haec quartum bucol. 8, 65 posuit Nonius p. 58 > Keilius Panchaeis *M Pancheis N¹ Pantheis N² Panethaeis G* ⁸⁰ ad pallum *N¹ N² G* alligantur *N¹ N²* (*quorum lectio Keilius fugit*) *M Cicero* alligabantur *G Keilius* ⁸¹ avius a sanitate*

81 AVIUS ab illa re, Cic. pro Sylla (30, 83) 'et avius a sanitatem'.

82 ANTE exspectatum pro antequam exspectatur, Verg. geor. III (348)

'ante exspectatum positis stat in agmine castris'.

83 AUDET hoc, Cic. Philip. II (7, 16) 'quid enim est quod tu non audeas?' audet hoc facere, Verg. Aen. V (379)

'audet adire virum manibusque inducere caestus'.

audet in hoc, Verg. Aen. II (347)

'quos ubi confertos audere in proelia vidi'.

84 ACER his rebus, Verg. geor. III (7) 'humeroque Pelops insignis eburno, acer equis'.

85 ARRISIT illi, Symmachus ad Theodosium imperatorem beatum iam parvulum meum cui pium.

¹ II. BIBIT illud, Verg. Aen. I (749)

'infelix Dido longumque bibebat amorem'.

bibit illo poculo, idem geor. II (506) 'gemma bibat'. bibere dat, Cic. Tusculanarum I (26, 65) 'ut Iovi bibere ministraret'.

² BELLUM cum illo gerit, Cic. in Hortensio (p. 318 M.) 'qui cum hodie bellum cum mortuo gerunt', Verg. Aen. XI (305)

M¹ avia sanitati *M²* (*cum tribus codicibus*) avia sanitatem *N¹ N²* avii a sanitate *G* adeone vobis alienus a sanitatem *Cicer* ⁸² exspectatur *cont. Keilius* exspectatus *codices* geor. III] geo. IIII *N¹ N² G* exspectatus *codices Maii* ⁸³ quid enim est quid autem est *Cicer* caestus *om.* *N¹ N² G* manibusque inducere caestus *om.* *M* confertos] consertos *M* (*unus codex Maii confertos*) ⁸⁵ Symmachus *G* Symmacchi *N¹ N²*; *elocationem et exemplum om. M. additamentum suspectum est Lindemann, qui id in notas reposuit; Symmacchi exemplum interpolatori tribuit Houvenus p. 37.*

II. 1 Aen. IIII *N¹ N² G* infoelix *N¹ N²* bibere dat *om. G* et exemplum quod supererat in *notas* reposuit *Lindemannus. elocationem et exemplum om. M* I *omm. N¹ N²* ² cum mortuo cives cum gente Deorum gerunt sed deletis verbis cives cum gente Deorum

'bellum importunum, cives, cum gente deorum
invictisque viris gerimus'.

bellum contra illum gerit, Cic. Philip. III (1, 1) 'cum bellum nefarium contra vitam fortunasque nostras non cogitari, sed geri iam viderem'. bello bonus, Verg. Aen. VIII (480) 'gens bello praeclara'. belli pro 'in bello', Ter. Heaut. (112) 'rem et gloriam armis belli repperi', Sal. Iug. (41, 7) 'paucorum arbitrio belli domique agitabantur'.

BENIVOLUS illi, Cic. pro Flacco 'quam benevolum hunc populo Romano, quam fidelem putatis'.

III. CERTO contra te, Sal. Catil. (59, 5) 'contra latrones inermes pro patria certare'. certo tibi, Verg. buc. (5, 8) 'solus tibi certet Amyntas'. certo cum his, Sal. Iug. (6, 1) 'cursu cum aequalibus certare'. certamus inter nos, idem Iug. (52, 1) 'inter se duo imperatores, summi viri, certabant'.

CONTENDO tecum, Sal. Catil. (53, 3) 'cum magnis legiobus hostium contendisse'. contendo tibi, Verg. geor. II (96) 'nec cellis adeo contendere Falernis'.

CERTAMEN illi cum illo est, Cic. pro Cor. I (p. 256 M.) 'quid enim? mihi certamen est cum accusatore aut contentio?' certamen est ille cum illo, Verg. buc. (7, 16)
'et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum'.

eadem manu N¹ gerunt *N¹, N² G* gerant *M Lindemannus Müller*
cum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perditio non comparari, sed geri iam viderem *Cicero* non om. *N¹*; additum fortasse *alla manu N²* cogitari sed] cogitari vel *G* agitabatur *Sallustius*.

III. 1 cursu *G Sallustius* curru *N¹ N² M* idem Iug. *M* idem in Iug. *N¹ N²* idem in Iugurth. *G* 2 adeo *Vergilius* 3 Certamen illi cum illo est *coni. Lindemannus* certamen (cartamen *N¹*) illi cum illa est *codices* ille cum illo *coni. Burmannus apud Houvenum*

⁴ COGO domum te, Sal. hist. I (33 *Mauren.*) 'maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere'. cogo te domi, Verg. buc. (6, 85) 'cogere donec oves stabulis numerumque referre iussit'.

⁵ CONCURRUNT inter se, Verg. Aen. X (436)

'ipsos concurrere passus haut tamen inter se summi regnator Olympi'. concurrit ille illi, Verg. Aen. VIII (692) 'aut montes concurrere montibus altos', idem Aen. I (493) 'audetque viris concurrere virgo'.

⁶ CORUSCUS hac re, Verg. Aen. II (470) 'et luce coruscus aëna'. coruscat hac re, idem geor. III (98) 'eluent aliae et fulgere coruscant'. coruscat hanc rem, idem Aen. X (652) 'stricturnque coruscat mucronem'.

⁷ CONSULO illam rem, Verg. Aen. XI (343)

'rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem consulis, o bone rex',

et Sal. Catil. (51, 4) 'quae reges atque populi male consuluerint'. consulo illi rei, Cic. in Pis. (10, 23) 'reip. consulendo', Sal. Catil. (6, 6) 'reip. consultabant'. consulit de hac re, Sal. Catil. (51, 1) 'qui de rebus dubiis consulant'. consulit in illum, Ter. Heaut. (437)

'quia pessime istac in te atque illum consulis'.

p. 38 illi cum illo *N¹ N² G* cum illo *M Lindemannus* 4 Dyrrachium *M¹* Dyrrachium (*in nota* « codices tres brachium; sed *in uno corr.* Durrachium ») *M²* Durachium *G* brachium *N¹ N²* 5 haut] aut *N¹ N² G* Olympi *N²* Olympi *N¹* ille illi *M Lindemannus* illo illi *N¹ N²* 6 Coruscus hac re] manus librarii scripserat concursus hac re sed verbo concursus *deleto* [coruscus superscripsit geor. III *M* geor. III *N¹ N² G* et lucent *G* 7 qui reges aut populi ira aut misericordia impulsu male consuluerint *Sallustius* consuluerint *N¹ N²* consuluerunt *M G* consulo illi rei *G* consular illi rei *N¹ N² M* consultant codices Arusiani consultant *Sallustius* istac codices Aru-

CIRCUMDAT hoc illi rei, Verg. Aen. XII (88) 'circumdat ⁸ loricam humeris'. circumdata haec res illam rem, Sal. hist. I (122 *Mauren.*) 'occupatusque collis editissimus et eum multa opera circumdata'. circumdatur haec res illa re, Verg. Aen. I (593) 'argentum Pariusve lapis circumdatur auro'.

CORRUPTUS ab illa re, Sal. Iug. (31, 2) 'ab ignavia atque ⁹ socordia corruptus'. corrumpens illo pretio, Cic. pro Caelentio (25, 68) 'sescentis milibus nummum se iudicium corrupturum dixerat'.

CELAT illum quem occultat, Verg. Aen. X (417) 'silvis ge-¹⁰ nitor celara^t Alesum'. celatus qui fallitur et ignorat, Ter. Hecy. (645) 'nosne hos celatos tam diu'. celat te de hoc, Cic. de si- gnis (*in Verr. IV*, 12, 29) 'dixit cupisse te celare de phaleris'.

CONSUEVIT illa muliere, Ter. Adelf. (666) 'qui illa con-¹¹ sivevit prior'. consuevit cum illa muliere, *idem Hecy.* (555) 'qui- cum tot consuevisset annos'. consuetam habeo illam rem, Sal. Iug. (85, 7) 'et pericula consueta haberem'. consuevit cum illa muliere in illa re, Ter. Phor. (873) 'cum eius consuevit olim

sian*i* istuc *Terentius* 8 Aen. XII *M* Aen. II *N¹ N² G* circum-
data haec res *coni*. *Keilius* circumdata hac re *N¹ N² G* circumdat hac
re *G Lindemannus* eum multa opera *N¹ N² G* cum multa opera *M*
exemplum Sallustii etiam apud Priscianum l. XV p. 66, 19 in-
venit circumdatur haec res illa re *coni*. *Keilius* circumdat haec
res illam rem *codices* 9 ignaviat *eadem manu corr.* ignavia *N¹*
soccordia *N¹* secordia *N²* 10 Aen. X *M* Aen. XII *N¹ N² G*
genito *N¹* gomeo *N²* dixit cupisse te *M* dixit cupis se *N¹ N² G*
phaleris *M* Falernis *N¹ N² G* dixit Phylarchus pro testimonio se,
quod nosset istum tuum morbum, ut amici tui appellant, cupisse te
celare de phaleris *Cicero* 11 consuevit illa muliere *coni*. *Keilius*
consuevit illa re *codices* qui illa *Lindemannus* *Keilius* quilla
N¹ N² G consuevit cum *coni*. *Keilius* *idem Hecy.* *coni*.
Keilius *Lindemannum quodam modo secutus* quicum *M G* qui cum
cum qui cum *N¹ N²* consuetam habeo illam rem *M* consuetum ab
eo illam rem *N¹ N² G* haberem *codices Arusiani habeam Sallustius*
consuevit cum illa muliere in illa re *coni*. *Keilius* consuevit in illa

[cum] matre in Lemno'.

12 CERNERE erat hoc, id est hoc videbatur, Verg. Aen. VIII (675) 'Actia bella cernere erat'. cernitur nulli pro nullo, *idem Aen. I (440)* 'neque cernitur ulli'.

13 CONDONO tibi hoc, Sal. Iug. (27, 2) 'ut Iugurthaee sce-
lus condonaretur'. condonatur illam rem, Ter. Eun. (17)
'habeo alia multa, quae nunc condonabitur,'
ideim Phor. (947) 'argentum quod habes condonamus te'.

14 CONSCIOUS huius rei, Verg. Aen. XI (812) 'conscius auda-
cis facti'. conscius huic rei, Cic. de signis (*in Verr. IV*, 56, 124)
'temeritati meae et mendacio meo conscius'.

15 CULTOREM sui, Sal. hist. III (48 *Mauren.*) 'collegam mi-
norem et sui cultorem expectans'. cultor horum, Verg. geor. I
(14) 'et cultor nemorum'. colens huius rei, Cic. pro Plancio
(33, 80) 'qui religionum colentes'.

16 CONGERO ad illum, Cic. pro Deiotaro (4, 12) 'ad quem
cum dii atque homines omnia ornamenta concessissent'. con-
gero in illum, Cic. Philipp. V (4, 12) 'pecunia congesta in illam
domum'. congestum illuc, Verg. buc. (3, 69)

'notavi

ipse locum aeriae quo concessere palumbes'.

17 CUSTOS illarum rerum, Verg. geor. I (17) 'Pan ovium cu-
stos'. custos illis rebus, Cic. *in Catil. II* (12, 27) 'nullus est por-
tis custos'.

18 CRIMINOR te illi, Ter. Eun. (855) 'metui ne me crima-
retur tibi'.

19 COMPOS animi, Ter. Adelf. (310) 'vix sum compos animi'.

codices cum matre *N¹ N² G* 13 condonamus *G* *Terentius* con-
donamur *N¹ N² M* 14 esse temeritati et mendacio meo conscius
Cicero 15 collegam *M G* collega *N¹ N²* 17 geor. *N¹ N²* custos
illis rebus *N¹ N² G* custos illis *M* Cic. *Catil. V* *N¹ N²* 18 cri-

COMMERITUS erga me, Ter. Hecy. (486) 'nunquam quic- 20
quam erga me commeritast, pater'.

COMPERTOS scelere, Cic. Philip. XII (7, 15) 'hos nunc 21
omni scelere compertos tolerabiles censes civitati fore?'

CREDULUS illis, Verg. buc. (9, 34) 'sed non ego credulus 22
illis'.

CONSIDERE in illam rem, Verg. Aen. VIII (144) 23
'et non viderunt moenia Troiae'

Neptuni fabricata manu considere in ignes'.
considerare his, idem Aen. I (572)

'vultis et his mecum pariter considere regnis'.

CONCEDO gratiae, Cic. pro Corn. (p. 251 M.) 'cur nunc 24
redeant, si tunc gratiae concesserint'. concedo in gratiam, Sal.
hist. I (12 Mauren.) 'quorum in gratiam plerique concesserant'.

CONIURATI hoc facere, Verg. Aen. VI (georg. I, 280) 25
'et coniuratos caelum rescindere fratres'.

COMMONITUR illis, Sal. hist. I (138 Mauren.) 'obviam ire 26
et commori hostibus'.

CONTIGUUS huic rei, Verg. Aen. X (457) 27
'hunc ubi contiguum missae fore creditit hastae'.

CONFERT hoc cum illo, Cic. in Pis. (16, 37) 'confer, si 28
audes, absentiam tuam cum mea'. confert hoc illi, Verg. Aen.

minaretur uxori tibi verbo uxor deleto N¹ 20 commeritast *Terentius*
M¹ commeritus est codices *Maii* et M² commeritust N¹ commeritus
N² G 21 hos M *Cicero* his N¹ N² G scelere compertos codices
Arusiani scelere coopteros *Cicero* civitati N¹ N² G *Cicero* in civitate M 22 haec elocutio cum exemplo iterum descripta post verbum
ignes sequentis elocutionis N¹ N² 23 et non N¹ N² M at non G
Vergilius Aen. I G Verg. I N¹ N². hanc elocutionem cum exemplo
codices *Maii* omm. 24 quorum in gratiam G August. de civ. dei III
17 et Maurenbrecherus quorum in gratia N¹ N² M 27 missae fore
Vergilius missae M G misseae N¹ N² 28 confer si audes M G *Cicero*
confert si audes N¹ N² Aen. omm. N¹ N² G 29 conlusit—conlu-

XII (678) 'stat conferre manum Aeneae'.

29 CONLUSIT cum illo, Cic. Siciliens. (in Verr. II, 24, 58)
'tēcum tūm conlusisset'.

30 COMMUNE est hoc inter illos, Cic. Sicilien. (in Verr. II,
36, 89) 'ut dices inter eos omnia esse communia'. commune
est illis hoc, idem pro Ros. (pro Roscio Amerino, 26, 72) 'quid
est enim tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis?'.

31 CONIUNCTUS cum illo, Cic. Siciliens. (in Verr. II, 68, 163)
'cum P. R. coniuncta est': coniunctus illi, Verg. Aen. VIII (130)
'quodque a stirpe foret geminis coniunctus Atridis'.

32 CONVERSUS ad te pro convertendus, Cic. pro Plancio (20, 50)
'non dubito quin omnes conū u. f. m.'.

33 CONLOCAT in illo, Cic. pro Ros. (pro Rosc. Am., 35, 98)
'in curru collocat Automedontem'. conlocat illi, idem in Pis.
'homini levi et subito filiam conlocavit'.

34 CONVENIT in illum, Cic. pro Deiotaro (10, 28) 'tamen id

sisset corr. *Keilius* conclusit—conclusisset codices tum restituit *Keilius*
tuum codices 30 inter illos N¹ N² G inter nos M dices N¹ N² G
duceres M inter eos M G eos N¹ N² ut dices omnia inter eos
esse communia *Cicero* vivis M G viris tribus punctis i litteram coro-
nantibus N¹ viris N² terra mortuis errore librarii post verba esse
communia posita N¹ N² etenim quid est tam commune, quam spi-
ritus vivis, terra mortuis? *Cicero* 31 cum P. R. *Cicero* cum per
R. p. N¹ sed litterae ita confusae sunt ut apographum N² lacunam
reliquerit quod item fecit codex G ex N² descriptus cum eo M Aen.
omm. N¹ N² quodque M G *Vergilius* quoque N¹ N² ab stirpe
N¹ N² G a stirpe M *Vergilius* 32 *Planco* N¹ N² omnis ad te
se conversura fuerit multitudine recentiores editores *Ciceronis* omnis
conversa (conversi codices) fuerit multitudine M¹ omnis conversa (con-
versi codices) multitudine M² omnis conversa fuerit multitudine *Linde-
mannus*, qui vero, cum ei codex G praeberet easdem litteras quas
N¹ N², in notis > non dubito quin legendum sit conversurus ad te
pro c. > scriptum reliquit 33 *Automedontem* N² G *Cicero* Auto-
medontem M *Automedonta* (dubito quin *Automedonte* legi possit cum
Keilio) N¹ filiam corr. *Maius* filium codices 34 convenit in il-

maledictum minime in illam aetatem conveniret'.

CONGRUUNT illi inter se, Ter. Heaut. (511)

35

'ne nos inter nos congruere sentiant'.

CITIUS sive celerius hac re, Verg. Aen. I (142) 'et dicto ³⁶ citius tumida aequora placat', Sal. hist. (II, 79 Mauren) 'illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis'.

IV. DESPECTUS mihi est, Verg. buc. (2, 19) 'despectus ¹ tibi sum, nec qui sim quaeris'. despectus est a me, Cic. in Pis. (41, 99) 'despecto a ceteris, a se ipso desperato'.

DIVES illius rei, Verg. buc. (2, 20) 'quam dives pecoris'. ² dives illa re, Verg. Aen. III (37) 'quos Africa terra triumphis dives alit'.

DONATA mihi sunt haec, Verg. buc. (3, 13) 'quae tu puer ³ donata dolebas'. donatus his sum, Verg. Aen. V (268) 'donati omnes opibusque superbi'. donat hoc illi, Verg. Aen. V (262) 'donat habere viro decus'. donat illum hac re, Verg. buc. (5, 85) 'hac te nos fragili donabimus ante cicuta'.

Cic. in Pis. (11, 25) 'me inaurata statua donarunt'.

DECUS tuis, Verg. buc. (5, 34) 'tu decus omne tuis'. de- ⁴ cus tuorum, idem Aen. VIII (405) 'astrorum decus et nemorum'.

DIGNUS hac re, Verg. buc. (3, 109) 'et vitula tu dignus ⁵ et hic'. dignus qui hoc faceret, Cic. in rheto. (I, 3, 4) 'dignus

lum MG convenit illum N¹N² in illam aetatem MG in illum aetatem N¹N² conveniret N¹N²G Cicero conveniet M ³⁵ inter nos MG Terentius in nos N¹N² Aen. omm. N¹N² illi Carrio ceterique editores Sallustii illo codices praeter N² in quo incertum est ille an illo legendum sit Mitridatis N¹N²

IV. 1 nec qui M Vergilius ne qui N¹N²G quaeris ex Vergilio addidit Keilius despectum a ceteris, a te ipso desperatum Cicero ³ haec coni. Keilius; omm. codices donavimus Vergilius donavimus codices cicuta omm. codices et editores; addidit Keilius

qui rem publicam gereret'. dignus fieri, Verg. buc. (5, 54) 'et puer ipse fuit cantari dignus' et alibi (buc. 5, 89) 'et erat tum dignus amari'. dignor me illa re, Verg. Aen. I (335) 'haud equidem tali me dignor honore'. dignatus illa re, id est dignus habitus, idem Aen. III (475)

'coniugio, Anchise, Veneris dignate superbo'.

DESINE hoc facere, Verg. Aen. III (360)

'desine meque tuis incendere teque querellis'.

desine illam rem, Verg. buc. (8, 61)

'desine Maenalios, iam desine tibia versus'

Ter. Heaut. (305) 'mulier telam desinit (et deserit)'.

DORMIT hac re, Verg. geor. II (506) 'et Serano dormiat ostro'. dormit in illam sui corporis partem, Ter. Heaut. (342) 'in utramvis aurem otiose ut dormias'.

DOLET illa re, Verg. Aen. I (669) 'et nostro doluisti saepe dolore'. dolet illam rem, Sal. Catil. (40, 2) 'et quasi dolens eius casum'. doleo vicem tuam, id est per te doleo, Cic. † domo et rep. vitam lugeo. dolet illa pars mihi, Ter. Phor. (1053) 'tuo viro oculi doleant'.

⁵ rem publicam gereret G Cicero rem pergeret N¹N² et codices Maii cantari MG cantare N¹N² Aen. III MG Aen. III (N¹N²) ⁶ desine hoc facere N¹N²G desine facere M desine illam rem N¹N²G desine hoc M tibia N²MG tibi N¹ telam Terentius te iam codices et deserit] nolui cum Keilio uncis secludere haec verba quae mihi videtur Arusianus addidisse praesertim quod haberet et codices qui desinit et codices qui deserit scriptum haberent. ego vero contra codices N¹N² aut deserit pro et deserit legerim ⁷ dormit in illam Keilius dormiet in illam codices et editores in utramvis aurem codices in aurem utramvis Terentius ⁸ per te N¹N² propter te ceteri Cic. MG locus est corruptus; duas elocutiones cum exemplis confusas esse atque aliquid ex utraque cedidisse errore librarii crediderim, ita ut nullo modo Arusiani verba in integrum restitui possint vitam codices vicem M¹ Lindemannus

DEIECTUS illa re, Verg. Aen. III (317)

'heu quis te casus deiectam coniuge tanto'.

deiectus ab illa re, idem Aen. V (542)

'quamvis solus avem caelo deiecit ab alto'.

deiectus de illa re, Cic. pro Murena (37, 79) 'deici de urbis praesidio et deturbari de custodia civitatis volunt'.

DOCTUS illius rei, Verg. Aen. X (225)

'quarum quae fandi doctissima Cymodocea'.

doctus illa re, Sal. Catil. (25, 2) 'litteris Graecis et Latinis docta'

doctus illam rem, Sal. Catil. (45, 1) 'per legatos cuncta edocitus'

et hist. I (147 Mauren) 'doctus militiam'. doctus ad illam rem,

Ter. Hecy. (203)

'in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam'.

DESILUIT hoc, Verg. Aen. X (453) 'desiluit Turnus biiugis'.

desiluit ab hoc, idem XI (499) 'portisque ab equo regina sub altis desiluit'.

DIGREDIOR illi loco, Sal. Iug. (50, 1) 'Numidas quietos neque colli digredi animadvertis'. digredior illum locum, Sal. hist. III (49 Mauren) 'exercitum dimisit, ut primum Alpes digressus est'.

DECET te, Cic. Philip. II (8, 20) 'quam id te, dii boni, non decebat'. decet tibi, Sal. hist. I (140 Mauren) 'locum editiorem quam victoribus decebat capit', Ter. Adelf. (928) 'ita nobis decet'.

DIMIDIO pluris, id est duplo, Cic. frument. (in Verr. III, 32, 75) de decumis Herbitensium per triennium, cum primo anno

Phor. omm. $N^1 N^2$ 10 ad malitiam Terentius ad militiam codices Arusiani 11 sub altis codices sub ipsis Vergilius 12 digredior illi loco — animadvertis] non bene legit Arusianus, cum Sallustius colle digredi scripsisset colli $N^1 N^2 M$ colle G Lindemannus

13 Debet Serv. in Verg. Aen. VIII, 127 14 frumentaria M¹ comment. $N^1 N^2 G$. Maius autem cum in editione Romana (M²) frumentaria legit, adicit tamen in notis tres codices comment. pro

venditas dicat tritici modiis XVIII milibus, secundo tritici modiis XXV milibus DCCC, anno tertio supraiaciente Aeschrione venditas dicunt medimnis VIII milibus centum, id est modiis XLVIII milibus DC, dupla summa anni proximi, 'addicitur medimnis VIII milibus C dimidio fere pluris quam superiore anno': idem pro Flacco (20, 47) 'habebat enim rhetor iste discipulos, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat; neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei nummum concrederet'.

15 DEDO illi rei, Cic. pro Caelio (19, 47) 'huic si se isti vitae dedisset', Verg. georg. III (90) 'dede neci'. dedo in illam rem, Ter. Andria (199) 'caesum te in pistrinum, Dave, dedam' [per vitium]. dedo ad hoc, Cic. pro Cor. II (p. 259 M.) 'ad misserrimum crudelissimumque dominatum dedi patiamini', idem pro Cluentio (64, 181) 'sed plane ad supplicium dedidit'.

frumentaria». verba quae sequuntur passim sumpta sunt ex de frumento oratione (in Verr. III, 32-33, 75-77) ita confuse ut, exceptis verbis addicitur—anno, quae in capite 33, 77 leguntur, cum Ciceronis certo loco nullo modo conferri possint; nec crediderim cum F. Ursino (not. in Ciceron. ed. Antwerp. a. 1581 p. 177) haec esse Ciceronis verba, ex libro quem Tiro in lucem edidit, ut scribit Quintilianus lib. X, Commentaria causarum inscriptum XVIII milibus Zumptius XLIIIIM codices supraiacente coni. Ursinus supra iacente codices

dicunt codices dicit coni. Lindemannus, apodosin existimans esse ad superiora quum venditas dicat VIII milibus Ursinus, quem sequuti sunt Lindemannus et Keilius III mib. N¹ N² IIII mil. ceteri XLVIII Ursinus Lindemannus Keilius XLVII N¹ N² M XLIII G DC Ursinus Lindemannus Keilius dictis codices annis Ursinus Lindemannus Keilius cum codices dimidio fere G dimidi fere N¹ fere N² M habebat enim rhetor iste adolescentes quosdam locuples, quos dimidio redderet stultiores Cicero neminem N¹ concrederet N¹ N² G concederet M crederet Cicero 15 pro Caelio N¹ N² G pro Cotho M. Maius vero in editione Romana (M²) ita tres codices. Editores L. Othonē, quae videtur vera lectio. Codex unus Caelio». L. Otho Lindemannus isti vitae Cicero istius viae N¹ N² M istius vitae G pistrinum (sed. corr. pristinum fortasse eadem manu N¹) N¹ M G Terentius pristinum N² Dave N¹ N² M Lindemannus dare G per vitium om. M. his verbis, dicam cum

DAT illi, Verg. Aen. VIII (83) 'da nate petenti'. dat in illud, ¹⁶ idem Aen. VIII (815) 'saltu sese omnibus armis in fluvium dedit'. dat ad illum, Ter. Phor. (653)

'in servitatem pauperem ad ditem dari':

DEPOSUIT his, Verg. geor. II (24) 'deposit sulcis'. de-¹⁷ posuit in his, Cic. Philip. XIII (11, 24) 'cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeret'.

DETRAHO tibi, Cic. pro Corn. I (p. 250 M.) 'nihil senatus ¹⁸ detraxisse Cornelium'. detraho de te, Cic. pro Scauro (36) 'nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint'. volunt quidam distantiam esse, ut «lacerare famam» de illo detrahere sit, sed falso. nam Cic. de suppl. (*In Verr. V*, 22, 58) 'quae tu de rep. nostra detraxeris, id est imminueris et abstuleris', idem. in Catil. II (8, 18) 'et dubitas de possessione detrahere'.

DEFICIT illam rem, Verg. georg. I (290) 'noctes lentes non ¹⁹ deficit humor'. deficit ab illa re, Cic. de praetura urbana (*in Verr. act sec. I*, 31, 79) 'Lampsacena civitas deficere ab imperio ac nomine nostro volebat'. deficit ad illum, Sal. Jug. (61, 1) 'in his urbibus quae ad se defecerant'. deficit simpliciter pro deest, Verg. Aen. VI (143) 'primo avulso non deficit alter'.

Lindemanno, nescio quid faciam 16 VIII (N² M G III) *priore loco*
N¹ saltu sese-Phor. *desunt in G* dedidit codices Arusiani
 dedit Cicero 17 geor. II M geor. III N¹ N² G mimarum N¹ M
 minarum N² nuptiarum G mentum mentemque deponeret M *Lindemannus* mentemque deponeret N¹ N² mentu deponeret G mentem
 mentumque deponeres Cicero 18 Sardos Appio M *Lindemannus*
 Ardos Appios N¹ N² G persuasum est Sardis se nihil Oppio gratius Cicero de rep. nostra detraxeris Cicero de rep. nos traxeris N¹ N² de rep. detraxeris M G 19 humor] amor corr. humor fortasse alia manu N¹ humor alia manu N² non volebat N¹ non valebat N² M G *Keilius* Lampsacena civitas—deficere ab imperio ac nomine nostro volebat? Cicero defecerant M G *Sallustius* defece-

- 20 DECEDO *huic* de hac re, Cic. de rep. I (43, 67) 'ut his de via decedendum sit'. decedo *huic* simpliciter, Verg. buc. (8, 88) 'nec serae memini decedere nocti'.
- 21 DELECTAT me haec res, Cic. de rep. I (13, 19) 'ipsa cognitio nos delectaverit'. delector illa re, idem Horten. 'hic pri-
mum Catulus delectatus ipso loco'.
- 22 DESISTO hac re, Sal. hist. II (27 *Mauren.*) 'ut actione de-
sisteret', Ter. Phor. (634) 'ut herus his desistat litibus'. desiste
hoc facere, Verg. Aen. XII (60) 'desiste manum committere
Teucris'.
- 23 DEVERTIT domum, Cic. pro Deiot. (6, 17) 'et domum re-
gis, hospitiis tui, devertisse'. devertit in domum, idem pro Milone (20, 54) 'devertit in villam Pompei'.
- 24 DEFIGIT in illa re, Cic. in Cat. I (6, 16) 'quod eam ne-
cessere putas esse in consulis corpore defigere'. [defigit illa re,
Verg. Aen. XII (130) 'defigunt tellure hastas'.
- 25 DISCO ex illo, Verg. Aen. XII (435)
 'disce, puer, virtutem ex me verumque labore'.
- disco de illo, Ter. Eun. (262) 'ut sibi liceret discere id de me'.
- 26 DEFLEXIT de proposito, Cic. Philip. XVI † (p. 287 M.)
 'latere sis ne vestigium quidem deflexit'.

runt N¹ N² Aen. VI M VI Aen. N¹ N² G 20 huic *priore loco*
 omm. codices I omm. codices his de via N¹ N² hic de via G
 de via M is de via Cicero 21 delectaverit N¹ N² G delectavit M
 cognitio ipsa rerum consideratioque delectat Cicero 22 desisto
 G desiste N¹ N² M ut erus M uterius N¹ N² ulterius G Aen.
 XII M Aen. XI N¹ N² G 23 devertisse N¹ devertisset N² G di-
 vertisset M pro Milone M G pro Milo. N¹ N² 24 defigere M
 defige N¹ N² G 25 Aen. XII G idem XII M Aen. XI N¹ N²
 26 latere sis N¹ N² laterensis M G Müller unde deprompta sint
 haec et sequentia verba velut ex Philippicis orationibus citata non
 constat, quae in incertarum orationum fragmentis posuit Müller

DISCEPTATA lis est, Cic. Philipp. XVII † (p. 287 M.) ‘non ²⁷
est illa dissensio disceptata bello’.

DEPORTAVIT domum, Cic. de rep. I (14, 21) ‘cum aliud ²⁸
nihil domum suam deportavisset’, deportavit in illud, idem de
praetura urbana (*in Verr. act. sec. I*, 20, 54) ‘haec non domum
suam neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum
deportavit’.

DISCEDIT Roma, Cic. in Verrem actione prima (18, 54) ²⁹
‘cum haec frequentia Roma discesserit’.

DEFUNGITUR his, Cic. frument. (*in Verr. III*, 16, 42) ‘cum ³⁰
tribus decumis pro una defungeretur’, Verg. Aen. VI (83)
‘o tandem magnis pelagi defuncte periclis’.

DESPERAT hanc rem, Cic. de suppliciis (*in Verr. V*, 6, 12) ³¹
‘desperatis iam omnibus rebus’.

DILECTUS huic, Verg. geor. I (399) ‘dilectae Thetidi al- ³²
cyones’.

DEGO illam rem, Verg. Aen. IIII (550) ‘sine crimine vitam ³³
degere’, Cic. pro Roscio (p. *Rosc. Am.* 52, 150) ‘inter feras sa-
tius est aetatem degere’.

DESUETUS his, Verg. Aen. VI (815) ‘et iam desueta trium- ³⁴
phis agmina’.

DIFFIDIT illi, Verg. Aen. III (51) ‘cum iam diffideret armis’, ³⁵
Cicero pro Cluentio † ‘diffidentem rebus suis’, Sal. Catil. (31, 3)

28 de rep. II *codices* deportavit in illud *M G* portavit in illud
N¹ N² haec non in tuam domum neque in suburbana amicorum,
sed Romam in publicum deportasses *Cicero* 30 *Cic. frument. Keilius* in frumentaria *M* frumentum tribus *N¹ N² G* 32 *georg. I*
Keilius *georg. N¹ N² G*. *elocutio cum exemplo in codicibus Maii de-*
sideratur 33 vitam degere *M* vitam degerit *N¹ N² G* 34 et iam
M etiam *N¹ N² G* 35 lacunam, qua in omnibus codicibus exem-
plum orationis pro Cluentio 23, 63 qui sibi alia ratione diffideret ex-
cidit, indicavit *Keilius*, qui sequens exemplum ad orationem de imperio
Pompeii 9, 23 diffidentemque rebus suis pertinere scripsit Catil. *G*

‘sibi patriaeque diffidere’.

36 DEFENDE illam rem pro ab illa re, Verg. Aen. X (905)
‘hunc, oro, defende furorem’. defendo ab illa re, idem buc. (7, 6)
‘dum teneras defendo a frigore myrtos’.

37 DISCRUCIOR huius *rei*, Ter. Adel. (610) ‘discrucior animi’.

38 DUBIUS huius *rei*, Salust. hist. III (110 *Mauren.*) ‘dubius
consilii’.

39 DECIDI de illa re, Ter. Heau. (250) ‘quanta de spe decidi’.

40 DEPERIT amicam, Ter. Heau. (625) ‘Clinia hanc si deperit’.

41 DE subito cum praepositione, Ter. Heau. (673) ‘bolum mihi
tantum erectum tam de subito ex faucibus’.

42 DE repente, Ter. Hecy. (519) ‘corripuit de repente tacitus
sese ad filiam’.

43 DUXIT se, Ter. Hecy. (522)

‘uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit fôras’.

44 DILIGENS huius *rei*, Cic. pro Cornelio II (p. 259 M.) ‘quam
diligentes libertatis vos oporteat esse’.

45 DUNTAXAT, id est tantum modo vel hoc solo, Cic. pro
Corn. II (p. 259 M.) ‘qui commodis P. R. lingua dumtaxat ac
voluntate consuluit’.

46 DEMO de hoc, Cic. pro Cor. I (p. 256 M.) ‘demi medius
fidius de his ornamentis aliquantum malum’.

47 DAS hoc facere, Verg. Aen. I (79) ‘tu das epulis accumbere
divum’ et V (689) ‘da flamمام evadere classi’ et XII (97) ‘da

Cati. *N¹ N²* Cat. *M* diffidere *M G* diffideret *N¹ N²* 36 defendo
ab illa re *Keilius* defende ab illa re *codices* idem legitur in *codicibus Neapolitanis*, cum *Keilius* scribat eosdem *codices* illud verbum
omisisse 37 rei omm. *codices* 38 rei omm. *codices* dubius
huius rei omm. *codices* et *editiones Maii* 39. Heau.] heu *N¹ N²*
41 Heau.] heu *N¹ N²* 42 corripuit *Terentius* peripuit *N¹ N²* pro-
ripuit *M G* 43 duxit se *M²* duxisse *N¹ N²* *codices Maii* et *M¹*
duxit *G* 47 Phrygus *Vergilius* p. *N¹ N² G*; omm. *M* 49 indi-

sternere corpus semiviri Phrygis'.

DE die sicut ex tempore, Ter. Adel. (965) 'apparare de die ⁴⁸ convivium', Cic. Philip. II (34, 87) 'non solum de die sed etiam ad diem vivere'.

DETRECTO hanc rem, Cic. cum quaestor Lilybaeo dec. ⁴⁹ (p. 230 M.) 'quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam indicata est'.

DAMMATUS de caede et caedis, utrumque Cic. Philipp. I ⁵⁰ (9, 23) 'quae iubent ei qui de vi itemque ei qui maiestatis damnatus sit'.

V. EXPERIAR hoc facere, Verg. buc. (8, 66) 'magicis sanos avertere sacris experiar sensus'. experior cum his, Cic. pro Cor. I (p. 244 M.) 'quid quod ne cum his quidem expertus es, quos duces operarum fuisse dixisti'. experior illam rem, Verg. geor. III (156) 'aestate laborem experiantur'. experior hanc rem et hac re, Ter. Eun. (789)

'omnia prius experiri quam armis sapientem decet'. expertus illum, Verg. Aen. XI (396)

'haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens'. expertus illius, idem Aen. X (173) 'expertos belli iuvenes'.

EGET illius rei, Verg. geor. II (28) 'nil radicis egent aliae'. ² eget illa re, idem Aen. II (521)

'non tali auxilio nec defensoribus istis tempus eget'.

egens illius rei, idem Aen. VIII (299) 'non te rationis egentem'. egenus illius rei, idem Aen. I (599)

cata est N¹ N² et codices Maii praeter unum iudicata sit G iudicata Lindemannus ⁵⁰ de vi itemque Cicero et idem Arusianus IX, 18 devitentque N¹ N² G; verba de vi itemque desunt in codicibus Maii.

V. 1 experiantur N¹ N² G experientur M Vergilius ² Aen. II N¹ egens illius rei M egens illius N¹ N² G egenus illius rei coni.

'omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos'.

³ EVADO his, Verg. Aen. VIII (99) 'quaecumque evaserit undis'. evado hos, idem in eodem (386) 'iamque imprudens evaserat hostes'.

⁴ EXULAT illis locis, Verg. geor. III (225) 'ignotis exulat oris'. exulat usque ad illa loca, Verg. Aen. XI (262)

'Atrides Protei Menelaus ad usque columnas exulat'.

⁵ EGREDIOR illo loco, Verg. Aen. II (713) 'est urbe egressis tumulus', Cic. pro Ligario (2, 4) 'domo est egressus'. egressus illam rem, Sal. hist. I (106 Mauren.) 'gens raro egressa fines suos', idem hist. III (53 Mauren.) 'postquam egressus angustias'.

⁶ EXIT illa re, Cic. de rep. I (12, 18) 'nuntiatum est venire Laelium domoque iam exisse'. exit e loco, Cic. de suppliciis † 'ut exeunt e Sicilia praedones'. exit illam rem, Verg. Aen. V (438)

'corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit', idem Aen. XI (750) 'ei vim viribus exit'.

⁷ EMIT de me, Cic. pro Rosc. (pro Rosc. Am. 2, 6) 'quae de viro clarissimo et fortissimo sese dicit emisse L. Cornelius Chrysogonus'. emit a me, idem de suppliciis (in Verr. V, 22, 56) 'quod a malo auctore emit'.

⁸ EXPELLIT hoc loco, Cic. pro Cor. I (p. 256 M.) 'satius

Keilius egenus illius codices et editores ³ in eodem M; omm. N¹ N² G ⁴ Protei Vergilius Prothei codices ⁶ Laelium M G Laelium N¹ lesum N² puer nuntiavit venire ad eum Laelium domoque eius iam exisse Cicero ⁵ Cic. de suppliciis e. q. s.] lacunam primus Keilius indicavit, qui in notis addidit « ut exeunt e Sicilia praedones non inveniuntur in oratione de suppliciis, ex qua pro exemplo adscribi poterant haec 38, 100, posteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt ». Aen. XI omm. N¹ N² G; exemplum deest in codicibus Maii ⁷ emit codices emis-serit Cicero ⁸ expellit ex patria codices expellet ex patria Cicero

hominem miserum atque innocentem eripi P. R., expelli patria, dividi a suis'. expellit ex hoc loco, idem pro Sestio (13, 30) 'expellit ex patria'. expellit a loco, Cic. pro Cor. II (p. 259 M.) 'expelleret a dispensantibus'.

EXPERS illius rei, Cic. de rep. (I, 2, 3) 'negotii publici 9 expers'. expers illa re, Sal. bello Cat. (33, I) 'fama atque fortunis expertes sumus'.

EGREGIUS illa re, Verg. Aen. VI (862) 10

'egregium forma iuvenem et fulgentibus armis'.

egregius illius rei, Verg. Aen. XI (417) 'egregiusque animi', Sal. hist. I (148 *Mauren.*) 'egregius militiae'. egregius haec, Sal. Iug. † 'imperii prolatandi percipidus habebatur, cetera egregius'.

EXTERRITUS animo, Verg. Aen. VIII (370) 11

'at Venus haud animo neququam exterrita mater'.

exteritus illius rei, Sal. hist. III (56 *Mauren.*) 'tetrarchas regesque territos animi firmavit'.

EVENIT in illo, Sal. hist. V (24 *Mauren.*) 'nam si in Pompeio quid humani evenisset'. evenit illi, Cic. in Pis. (14, 33) 'an quod tibi proficiscenti evenit'. evenit his mihi incommodo, Ter. Hecy. (838) 'incommodo mihi nuptiis evenit'.

expellit a loco *M G* expelli a loco *N¹ N²* 9 expers illius *M G* exper *N¹ N²* 10 Aen. VI *M* Aen. II *N¹ N² G* verba iuvenem et fulgentibus armis in codicibus Neapolitanis *Sallustii exemplum egregius militiae sequuntur, at in codice G suo loco sunt, cum autem desint in codicibus Maii una cum exemplo Sallustii ex historiis de prompto* Sal. Iug. e. q. s.] exemplum non invenitur in bello Iugurthino et ideo in historiarum fragmentis editores posuerunt; *Maurenbrecherus autem, qui in fragmentis libri quarti posuit, haec addidit* aut excidisse videtur exemplum Iug. 63, ubi neque tam egregius facta erat (*vulgo* factis) legisse putaverim Arusianum, aut IV(O) ex IV numero corruptum esse coniciam 11 Aen. VIII *M G* Aen. VIII *N¹ N²* haud *M G* aut *N¹ N²* territos codices exterritos ex lemmate corr. *Dietschius, quem Maurenbrecherus secutus est* 12 Pompeio *M G* Pompeo *N¹ N²* evenit his mihi—nuptiis evenit] haec elocutio cum

13 EXPEDIO me hac re, Cic. pro Corn. I (p. 243 M.) 'eius modi mihi duos laqueos in causa esse propositos, ut, si me altero expeditsem, tenerer altero'. expedio me ex hac re, Ter. Adel. (614) 'quo modo me expediam ex hac turba'.

14 EXCESSIT hoc loco, Verg. Aen. II (351)

'excessere omnes adytis arisque relicta dii'.

excessit ex hoc loco, Ter. Hecy. (347) 'et cura ex corde excessit'.

15 EXCRUCIAT me illa re, Cic. de praetura (in Verr. act. sec. I, 17,45) 'socium P. R. atque amicum fumo excruciatum [unde] reliquit semivivum'.

16 ELICIT hoc vel huic, Verg. geor. I (108)

'ecce supercilio clivosi tramitis undam elicit'.

elicit ab hoc, Cic. pro Deiotaro (1,3) 'in qua quaestione dolor elicere veram vocem possit etiam ab invito'.

17 EXERCET illam rem, Verg. Aen. III (281)

'exercent patrias oleo labente palaestras'.

exercetur illa re, Cic. de signis (in Verr. IV, 25,56) 'dum armis exercetur'.

18 ENIXA filium, Verg. Aen. VII (320) 'ignes enixa iugales'.

exemplo suo post elocutionem expedio—altero scripta, adpositis signis in suum locum revocata est in codicibus Neapolitanis 13 *propositos N¹ N² G praepositos M quo modo hac me expediam turba Terentius* 14 *excessit ex hoc loco M excessit ex hoc N¹ N² G* 15 *de praetura G de praetura urbana M praetura N¹ N² unde N¹ N² G; om. M; seclusit uncis Keilius semivivum M Cicero semi N¹ N² G ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum fumo excruciatum semivivum reliquit Cicerio* 17 *exercet illam rem M² exerce illam rem N¹ N² M¹ exerceo illam rem G* 18 *filium—ignes iugales] non deest lemma, ut videtur Keilio, inter filium et ignes iugales, quia ignes iugales Arusianus*

EXSORS huius *rei*, Verg. Aen. VI (428) 'quos dulcis vitae ¹⁹ exortes'.

EXCUDIT huic *rei*, Verg. Aen. I (174) 'silici scintillam ²⁰ excudit Achates'. excussos hac re, Verg. Aen. VII (299) 'quin etiam patria excussos'.

EFFETA huius *rei*, Verg. Aen. VII (440) 'verique effeta ²¹ senectus'.

EST cernere, Verg. Aen. VI (595) 'terrae omnipotentis ²² alumnnum cernere erat', sic geor. IIII (447) 'neque est te fal- lere quicquam', buc. (10,46) 'nec sit mihi credere tantum'.

EXCIPIO illi *rei*, Verg. Aen. VIII (271) ²³

'excipiam sorti iam nunc tua praemia, Nise'.

EXUIT hac re illam rem, Cic. pro Deiotaro (*pro Lig.* 5,14) ²⁴ 'nonne omnem humanitatem exuisses'.

EXOSUS illud, Verg. Aen. XII (517) 'exosum bella Me- ²⁵ noetem'.

EXTORRIS his, Verg. Aen. IIII (616) 'finibus extorris', ²⁶ Sal. hist. II (14 *Mauren.*) 'orbe terrarum extores'.

EDORMIT hoc, Ter. Adel. (786) 'edormiscam hoc vini', Cic. ²⁷ Philip. II (12,30) 'edormi crapulam et exhala'.

EX commodo, Sal. Iug. (82,1) 'melius esse ratus ex com- ²⁸ modo pugnam facere'.

ESCENDO equum, Sal. Iug. (97, 5) 'pars equos escendere, ²⁹ obviam ire hostibus'.

ERUMPIT se inde, Verg. geor. IIII (368) 'unde altus pri- ³⁰ mum se erumpit Enipeus'.

EMERGIT se, Sal. hist. IIII (28 *Mauren.*) 'ubi se Ianiata ³¹

Paridem *interpretatus est* ¹⁹ *rei omm. codices* ²⁰ *rei omm. codices*

Excudit huic *rei illam rem cont.* *Keilius* ²¹ Aen VII *M* Aen. VI

N¹ N² G ²² omnipotentis *codices Arusiani* omniparentis *Vergilius*

nec sit *M* nec sic *N¹ N²* ne sit *G* ²⁴ *pro Lig. corr. Malus*

25 *Menoetem M Menetem N¹ N² G* ²⁶ Aen. IIII *M G* Aen. III *N¹*

Aen. XII *N²* ³⁰ erumpit se inde *G* erumpit inde *N¹ N² M* ^{und}e

navigia fundo emergunt', Ter. And. (562) 'ex illis se emersum malis'.

32 EXORSUS orationem, Sal. hist. IIII (44 *Mauren.*) 'magnam exorsus orationem'.

33 EXPOSTULO cum eo, Teren. And. (639) 'et cum eo iniuriam hanc expostulem'.

34 EVOLVE te hoc, Ter. Eunu. (723) 'hac re te omni turba evolves'.

35 ELAPSUS hac muliere, Ter. Hecy. (169)

'paulatim elapsus est Bacchide atque hunc transtulit amorem'.

elapsus de hac re, Verg. Aen. II (526)

'ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites'.

36 EMUNGO hac re illum, Ter. Phor. (682) 'emunxi argento senem'.

37 EXEQUIAS vadir, Ter. Phor. (1026)

'exequias Chremeti quibus est commodum ire, em tempus est'.

38 EXPORGE illud, Ter. Adel. (839) 'expurge frontem'.

39 EXARAT ex agro, Cicero frumentaria (*in Verr.* III, 47, 113) 'ut plus quam decem medimna ex iugero exararent'.

40 EVOCAT e loco, Cic. pro Deiotaro (11, 30) 'e tenebris in lucem evocavit'.

N² G undi *N¹* inde *M* ³¹ navigia *N¹ N² M² G* vestigia *M¹* fundo *codices Arusiani* profundo *Isidorus orig. XIII 18, 5* se emersum *codices Arusiani* sese emersum *Terentius* ³³ et cum *MG* ecum *N¹ N²* ³⁴ hac re et te omni turba evolves *Terentius* ³⁵ Hercy. *N¹* hunc *codices Arusiani et Terentius* *huc codex Bembinus Terentii* elapsus de hac re, Verg. Aen. II *Keilius* elapsus de hac, Verg. Aen. II *M* elapsus de hac, Verg. *N² G* elapsus de hac, *sed Verg. superscriptum fortasse eadem manu N¹* ³⁶ senem *codices Arusiani* senes *Terentius* ³⁷ vadit *Keilius* vadit vadit *N¹ N². verba exequias vadit om. G; elocutionem et exemplum om. M* ³⁸ em tempus est *Terentius* tempus est *G* emptus est *N¹* emptu est *N²* ³⁹ frumentaria *corr. Lindemannus* frumentum *N¹ N² G* ⁴⁰ evocat e loco *N² G* e loco

